

DIVINA FAVENTE GRATIA
CAVSAS
SYNAGOGÆ
ERRANTIS

SIVE
IMPEDIMENTA CONVERSIONIS
JVDÆORVM

EXPONET
AC DE IIS

PRO LICENTIA
SUMMOS IN THEOLOGIA HONO-
RES AC PRIVILEGIA DOCTORALIA RITE
LEGITIMEQVE CONSEQVENDI

CONSENTIENTE SUMME REV.
FACVLTATE THEOLOGICA

IN
CELEBRATISSIMA NORICORVM
VNIVERSITATE

DISSERET

AD D. XXI. JUN. MDCCCII.

M. RODOLPHVS MARTINVS
MEELFVHRERVS,

Miss. A HACTENVS FACVLT. PHILOSOPH. WITTEB. ADIVNCTVS.

ALTDORFI NORICORVM
TYPIS JODOCI GVILIELMI KOHLESII.

a. LXXXV. 35.

Stab.
Landes-
Bibl.



יְדֵי

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.



Ludæus felicissimi & infelicissimi hominis exem-
plum est : Quis enim nescit, tempore promissio-
nis Judæos fuisse dilectos DEI, catervam,
desiderium animæ, hæreditatem, peculium,
sanctuarium, cœtum DEI? Cum Judæis DEVS
fœdus pepigit, hos omni pace ac benedictione
est profecutus. (1) Tunc sane erant felicis-

simi, omnisque lætitiæ argumentis se commendabant: nunc au-
tem jure infelicissimi mortalium vocantur Judæi, postquam ju-
stissimo DEI judicio post tot longa secula, toto orbe circumer-
rant: Scite ait Didymus, (2) *in terra vagantur aliena, non urbem
antiquam, non sedes proprias possidentes, id quod Prophetis & Salva-
tori suo fecerunt, receperunt.* Miseri homunciones Messiam ex-
pectant, quorum tamen spes somnium est, aliqui enim eorum
Messiam in mundum venturum negant, aliqui nostra ætate
non talem expectant ac olim, (3) & in hoc capite sibi invicem
innumeris vicibus contradicunt: prædictum sane fuit, Judæos
repudiaturos Messiam; Et sanguis ejus miseram hanc gentem
improbitalis defectionisque hodiernum convincit. Ecquando
autem gratia divina Judæos revocabit? Eritne perpetua eorum

A

cœcitas

(1) Vid. de Israël. & Jud. (merito gloriantur Judæorum nomine Rom. 2, 17.)
privilegiis Exod. 6, 7. Es. 41, 8. 9. Deut. 4, 7. 34. Neh. 1, 10. Deut. 4, 37. 7, 7. 8. 10,
14. 15. 1. Sam. 12, 22. Lev. 20, 24. 25. Deut. 32, 8. 9. Amos. 3, 2. Exod. 19, 5. 6.
33, 16. Deut. 33, 29. 2. Sam. 7, 23. 24. 1. Chron. 17, 21. 22. Rom. 3, 1. 2. Joh. 4,
12. Es. 2, 3. Mich. 4, 2. Ps. 147, 19, 20. Deut. 4, 6. 8. Rom. 9, 4. 5. Matth. 20, 16.
Actor. 3, 25. 26. Matth. 15, 24. Luc. 2, 32. Actor. 1, 8. 13, 26, 46. Rom. 1, 16.
Es. 2, 3. Zach. 8, 23. Rom. 11, 20. 22. Ps. 50, 5. (2) De Spir. S. L. 3. (3) Id
patet clarissime ex Joh. Hornbeekii יהודה תשובת sive pro convincendis & conv.

cæcitas ? forsan terminus salutis peremptorius jam præterit ?
Minime : Divinæ literæ luculentissime demonstrant, Judæos gratia conversionis, dummodo eam accipere vellent, minime exclusos. Hoc uno ore profitebatur pia Antiquitas, (4) hoc Theologi nostri meritorum & scientiæ amplitudine maxime illustres, (5) in interpretationibus contemplationibusque limatissimis, egregiis approbant evincuntque argumentis. Sunt quidem eorum, qui de conversione Judæorum sentiunt, variæ sententiæ, quæ recte in classibus peculiaribus possunt considerari : Cum hac nostra opera non de conversione Judæorum agamus, in diffusissimum hoc argumentum non ea, quæ requiritur, cura, dilabimur, sed ad impedimenta conversionis Judaicæ studio decenti ostendenda properamus, argumentorum tamen, quæ in conversione Judaica stabilienda elaborant, non immemores, id quod Lectoribus benevolis eruditisque non ingratum fore existimo. Quidam stant pro Judæorum conversione universalissima, ut ita loquar, ante finem mundi futura, quoad omnia Judæorum individua, quam absurdam merito cum probatissimis Theologis pronuncio. (6) Quidam expectant illustrem, insignem, permagnam, amplissimam, notabilem, solennem conversionem

Judæis Libr. 8. Lugd. Batav. 1655. 4. p. 113. 114. -- 119. 242. 256. 257. 182. & Muhlii disp. de Messia elaboratissima, quam Autor Pr.D.D. Clodio Giesæ defendit.
 (4) Magnus est apud Patres Ecclesiæ de conversione Judæorum speranda consensus: Tertullianus, Origenes, Ambrosius, Hilarius, Greg. Nyssenus, Joh. Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus, Cyrillus, Alexandrinus, Sedulius Presbyter, Theodoretus, Prosper Aquitanicus, Primasius, Gregor. Magnus, Arnobius Junior, Isidorus Hispalensis, Basilus Magnus, Beda, Eligius, Ep. Noviomensis, Theophylactus, Haymo, Strabus, Oecumenius, Chrysologus, Anselmus Cantuar. Theodulus Cælo-syriensis, Olympiodorus, quorum testimonia sunt parata.
 (5) Magna mox eorum apparebit sylva. (6) Tertullianus lib. 5. adv. Marcionem C. IX. Christus Abrahæ gentem, cum ultimo venerit, acceptance & benedictione dignabitur. Origenes Homil. 7. in c. 21. Gen. Abiectus est is, qui secundum carnem est populus, & tam diu jacet in fame & siti. Non enim famem panis perferens, neque sitim aquæ, sed sitim verbi DEI, donec aperiantur oculi Synagogæ. Hoc est, quod Apostolus dicit esse mysterium, quia cæcitas contigit ex parte Israël, donec plenitudo gentium introiret, & tunc omnis Israël salvus fieret. Ista ergo cæcitas est in Agar, quæ secundum carnem genuit: quæ tam diu in ea permanet, donec velamen literæ auferatur per Evangelium Dei & videat aquam vivam. Nunc enim jacent Judæi circa ipsum puteum, sed oculi eorum clausi sunt. Lib. 8. in Cap. XI. Rom. donec Israël in incredulitate persistit, nondum plenitudo portionis Domini dicitur esse completa. De-

versionem, quæ sano sensu posset dici universalis & maxima, arridetque aliis summorum Theologorum; aliis minus arridet. Quidam trahunt rem omnem ad chiliasticas & absurdissimas opiniones. Quidam dubitanter loquuntur de conv. Judæorum. Quidam ex S. literis nullam aliam sperant, quam quæ inchoata dicitur, successiva illa, quæ ab initiis Christiani cœtus, usque ad extremum diem durat, simultaneam prorsus rejicientes. Omnes & singuli promovere pro virili debent miserorum Ju-

A 2

dæorum

est enim ad integrum populus Israël. Cum vero plenitudo gentium subintraverit, & Israël in novissimo tempore per fidem venerit ad salutem, ipse erit populus, qui prior quidem fuerat, sed novissimus veniens ipsam quodammodo hæreditatis & portionis Domini plenitudinem compleat. Hilarius Pictav. Enarr. in Psalm. 58. — — Sed illos interim dispersionis & desolationis suæ manet pœna, tametsi consummationi temporum, propter patres & electos dispensatio misericordiæ reservetur. Ambrosius L. VII. Comm. ad Luc. XIII. Alibi ex teneritudine arboris hujus & foliis commemorat conjici solere æstatis adventum, utroque significans & Judaicæ plebis inanem, quam prætendebat, gloriam velut florem adventu Domini decidisse, quia ab operibus infructuosa durabat: & judicii diem velut æstatis adventum, quo adulti fructus terrarum omnium conduntur, ex plenitudine Ecclesiæ, in quam Judæi quoque credituri sunt, esse metiendum. Idem Lib. de Josepho Patr. cap. ult. Christus senilis jam ætatis & fessum suscipiet ultimis temporibus populum Judæorum, non secundum illius merita, sed secundum electionem suæ gratiæ: Hilarius Diac. Rom. vel quicumque Autor fuerit Comm. in Rom. XI. apud Ambros. Non ita propter improbitatem suam cœcati sunt, ut curari non possent. Gregor. Nyss. de occurso Domini ad verba Sim. ex Luc. II. 32. de Conv. universi Israël. Joh. Chrysoft. Or. V. adv. Jud. Tom. V. & Hom. XIX. in Rom. XI. Hieron. Lib. IV. in Jer. cap. 18. Dies perditionis Judaicæ omne tempus est post passionem Salvatoris, usque ad finem seculi, ut postquam subintraverit plenitudo gentium, tunc omnis Israël salvus fiat. Id. L. V. in Ezech. 17. Lib. 7. in Ez. 13. Lib. II. in Ezech. 36. Lib. I. in Hof. 3. Comm. in Mich. V. Augustinus Serm. XL. Tom. V. Lib. 18. de Civ. Dei cap. 28. Sedulius Presb. in Coll. ad Rom. XI. Cyrill. Alexandr. ad Hof. 1. deciderunt de gradu, in quo erant populus Dei, & per gentium terras dispersi sunt, quod hucusque servatum animadverti potest. Cæterum extremis seculi temporibus, quando plenitudo gentium intraverit, tunc sane & ipse abjectus Israël in filios Dei cœoptabitur, quanquam commorans in locis ubi vixerit & inventus forte fuerit. Quoniam neque moribus veteribus colet Deum, boum inquam sacrificiis & ovium mactationibus, verum modus religionis ipsorum erit fides in Christum, & ejus divina mandata & sanctificatio in Spiritu, & per sacrum baptisma regeneratio, adoptionis gloriam sanctis ipsis ad hoc a Deo vocatis concilians. Id. Comm. ad Joël. 1. 20. L. 3. In Es. T. 1. in cap. 27. 9. Comm. in Mich. V. 3. In Joh. V. 4. 5. Theodoretus Comm. in Rom. XI. T. 3. Postquam gentes prædicationem susceperint, Judæi etiam credent. Leo Ep. Rom. Serm. in Fest. Epiph. Optandum nobis est, & studendum, ut hic populus, qui ab illa spiritali patrum no-

dæorum salutem, ac amoliri impedimenta lapidesque offensionis. Hoc communi Christianorum præcepto obligatus, jussu etiam summorum virorum, quibus literarii mei conatus permultum debent, isto, qui circa impedimenta conversionis Judaicæ occupatur, labore fungor, non quod me tollere posse ejusmodi impedimenta putem, sed ut me doctioribus arduum hoc opus commendem, & in Alma hac meorum studiorum Matre honores in Theologia summos modeste ambiens, consveta speciminis inauguralis vice defungar.

§. I. Impedimenta, quæ conversionem Judæorum lacrimis densissimisque piorum votis expetitam morantur hucusque, sunt varii generis. Sunt alia originem ex ipsa Christianorum quorundam negligentia ducentia, alia Judæorum ipsorum *αλληγορηστικῶν* attinent: Sunt quædam ex parte Judæorum præjudicia, quorum vis miseros a veritate abducit. Dantur impedimenta maxima, magna, literaria, privata, publica, legitima & illegitima. Singula ordine percensebimus. Inter ea impedimenta,

bilitate defecit, ramis suæ arboris inferatur. Multum enim nos Deo benevolentia ista commendat. Id Serm. 19. de Pass. Domini Prosper. Aqv. L. I. de voc. Gent. C. 13. ad Rom. XI. Id. Cap. 21. Et L. 2. de voc. Gent. c. 9. Primasius in Rom. XI. Aestimantur in fine seculi Judæi qui inventi fuerint credituri. Greg. M. Lib. 2. Moral. in Job. XXIII. Nudus ad uterum matris revertitur, cum in mundi hujus termino, qui in seculo factus homo despicitur, Synagogæ suæ oculis, Deus ante secula declaratur. Id. L. 4. in c. 2. c. 4. Et L. 27. in c. 36. Job. c. 7. 10. Et L. 35. Moral. in Job. 42. cap. 9. 10. Id. expos. c. 3. Cant. C. & Hom. 6. in Ez. Isidorus Hispalensis Lib. de voc. Gent. c. 5. Transeuntibus istis carnalibus Judæis, postea in novissimis temporibus filii eorum in Christum credituri sunt. Theophylactus in Rom. XI. Gentibus non obtemperantibus servavit Hebræos: rursus, Judæis Christo non credentibus salvæ factæ sunt gentes: Conservatis autem gentibus Judæi æmulantes ipsi etiam servantur & sic omnes misericordiam consequuntur. Oecumenius Comm. in Rom. XI. Olympiodorus Comm. in Eccl. c. 12. 3. Tom. 13. Biblioth. Magn. Patrum: Præter paucos cæteri omnes ad fidem Christi conversi erunt.

Theologi de Ecclesia Evang. longe meritissimi istam insignem ac certo modo universalem Judæorum conversionem in Monumentis suis asseruerunt, optarunt, ac argumentis multis adversus dissentientes defenderunt. D. Ægidius Hunnius magnum in Ecclesia nostra nomen Comm. in Rom. XI. p. 104. 105. (Tom. IV. Op. Hunn. Francof. 1606. fol.) ait: Sunt, qui Israël nomine non populum Judaicum, sed indifferentem credentes quosvis intelligant. Deinde sunt alii, qui censent, Apostolum sub hoc mysterio subindicare velle, futurum aliquando, ut ante novissimi judicii diem magna Judæorum multitudo atque cœtus ad Christianam fidem convertatur. Sicut autem neutra explicatio impia est, sic toto contextu

dimenta, quæ ab ipsis Judæis proficiscuntur, apparent primum illegitima: Fingunt se Christianorum sacra profiteri non posse, cum avorum proavorumque suorum ritus relinquere nequeant: Et magna est avitæ superstitionis vis in omnibus, maxime tamen Judæorum animis: observamus in omnis antiquitatis paginis, Gentiles crepare cultum avorum. Hoc ineptum lemma Salvatoris concionibus semper obstitit, noluerunt enim Nazareni sequi dicta, qui Rabbiorum in cathedra Mosis docentium commenta adorarunt: Id quod ab errantium multitudine est alienum, semper mundanæ sapientiæ inimicissimum videtur: Non opus est exemplis, ubi rerum evidentissima adsunt testimonia: Quid pervulgatius, vestram fidem, Eruditi! quam amœnissimæ & argumentorum ponderibus maxime firmatæ sententiæ objicere novitatem? Novitatem objecit, magnum crimen objecit. Ambiguis nominibus rem optimam onerare, res est veteratoriis artibus dudum in consuetudinem tracta.

A 3

Si

Apostoli diligentius inspecto posteriorem expositionem magis & verbis consonam & præsentī instituto Pauli (salvo tamen aliorum iudicio) accommodam esse reor. Paulo post inquit: Ex præmissis igitur hæc textus Paulini conficitur expositio: Vos gentiles non debetis esse animis elati adversus gentem Judaicam, perinde ac si amplius inferi veræ olæ non possit. Dico enim vobis singulare hoc mysterium, excœcationem illam Israëlis sive populi Judaici non esse totalem, sed ex parte tantum, quæ locum habitura est, donec magna illa plenitudo gentium complebitur, & sic deinde totus Israël (per quem synecdoche maxima quædam populi Judaici pars, juxta usitatum scripturæ morem intelligitur) salvabitur, conversus scilicet ad verum Messiam, quando Judæi infinito suo exilio edocti & nimia, sed vana expectatione Messię (quem modo venturum esse augurabantur) fatigati tandem rem altius per Dei gratiam expendent, nimirum tempora omnino Adventui Messię dicta jam pridem completa, & proinde non posse alium pro Messia agnosci, præter eum, qui jam ante publico totius orbis testimonio pro vero Messia sit agnitus & in Evangelio declaratus. Hæc de sententia verborum Pauli dicere placuit, nemini interim præjudicans, optans autem ex animo, ut Judæi aliquando magno numero ad Ecclesiam ante ultimum illum Christi adventum accedant & una cum plenitudine gentium salventur. Hucusque piissimus ac eruditissimus Hunnius. D. David Rungius in Disp. XIII. in Ep. ad Rom. quam sub ejus præsidio Proavus meus maternus, Laurentius Lælius ab 1605. ad ann. 1634. Superintendens Principatus Onoldo-Brandenb. 1597. d. 19. Mart. Wittebergæ defendit, ita statuit de Conv. Jud. --- Deinde illustrat vaticinio de insigni aliqua Judæorum ad fidem Christi conversione, cujus impletio, quia hætenus animadversa non est, non immerito adhuc expectatur. Ideo vocat mysterium, quod non de particulari quorundam conversione, quæ tum temporis erat quotidiana, sed de gente Israëlitica, vel tota, vel certe

Si errorum multitudo aut vetustas erroribus prodesset, Satanas omnium maximus religionis esset custos. Eo gravior est errantium poena, quo major divinæ gratiæ copia fuit. Rectissime ait Philo de leg. ad Cajum: Omnes gentes libenter servant ritus patrios, sed Judæi præ cæteris. Incredibile dictu est, quanta tenacitate fæx Judaica avitas servet superstitiones. Hæc inanis antiquissimi cultus gloria merito inter impedimenta tantum non maxima numeratur conversionis Judaicæ, licet omiserint sæpe clarorum virorum studia hoc singularis notæ objectamentum. Fundamentum & radix est hæc persuasio omnium absurditatum, quæ non inter Judæos tantum, sed etiam inter alias traditionum studiosas gentes cumulatissime deprehenduntur: Risit has ineptias dudum Lactantius libr. de origine errorum c. 7. Hæ sunt, ait, religiones, quas sibi a majoribus suis traditas pertinacissime tueri ac defendere perseverant, nec considerant, quales sint, sed ex hoc probatas atque veras esse confidunt, quod eas veteres tradiderint, tantaque est autoꝛitas vetustatis, ut inquirere in eam scelus ducatur. Est hæc inanis vetustatis gloria idolum abominandum, quod in singulis magnarum in Ecclesia rerum periodis horrendum in modum

maxima ex parte intelligendum est. Vid. Id. ibid. pag. 268. D. Georgius Major in Ep. ad Rom. c. XI. D. Georg. Mylius in l. c. D. Sal. Gesnerus in Hof. 3. D. Huttenus in LL. CC. D. Frid. Balduinus Comm. in Ep. ad Rom. p. 718. Ed. secund. Witt. 1620. 4. Illustre, ait, vaticinium (c. XI. 25.) attexit de Judæorum conversione, ante finem mundi. Non enim sufficebat ipsi dixisse, Deum posse eos restituere, sed & certo futurum prædicit. Paulo post pag. 719. Apparet itaque D. Paulum vaticinari de Illustri quadam conversione Judæorum, quorum magna pars ante novissimum diem Messiam agnosceret, & ad Christianam fidem sese aggregabit, quod vaticinium etsi impletum nondum est, non tamen dubitamus, quin suum certo habiturum sit eventum, tempus soli Deo notum est, ideo mysterium nobis est. D. Balth. Meisnerus Lib. IV. de legibus. Joh. Forsterus ad Es. 59. quatuor potissimum beneficia piis promissa annotat, inter quæ numeratur sanctarum quarundam ex Judæis reliquiarum ad Christum conversio; Eo enim interpretatur locum hunc Apostolus Rom. II. 26. Deus enim semper sanctum semen asservare solet. Et hæc quoque causa est ob quam Judæos funditus delendos esse merito dissvademus. Cui alii adjungunt, quod in ipsis luceat lucidissimum iræ divinæ adversus peccata speculum, quod idem Christus ex Judæorum prosapia juxta carnem natus, Rom. 9. Lucas Loffius ad Rom. XI. p. 513. Addit Apostolus vaticinium seu prophetiam suam, quam, quia ignotum fuit & Judæis & Gentilibus, mysterium vocat, de Judæorum receptione & reditu ad Ecclesiam, cum omnibus temporibus, tum

dum grassabatur. Præterea objiciunt astuti Apellæ, magnos & egregios viros adhærere suæ religioni, tanti judicii viros non posse absurde de DEO opinari, imo Israëliticæ sapientiæ ἐνέργειαν omnem populorum aliorum prudentiam longissime superare: Divinas literas prædicare multis modis sapientiam Judæorum, errare se minime, sed Rabbinos plenissime oracula divina intelligere ac commode explanare. Ecquis autem a præjudiciorum tyrannide liber non videt miserum hominum statum? Nulla unquam opinio fuit tam absurda, cui non dignitate eminentes accesserint: Autoritas viri εἰπὼς neque veritatis, neque falsitatis convincit. Muhammedani ac alii dignitatum splendore præfulgent: E. veræ sunt religioni addicti. Egregie ratiocinantis, Judææ, secundum hanc ipsam hypothesein tuam Christiana religio est vera: si enim Judaismo adhæres ob viros insignes prudentesque eidem faventes: cur non in castra Christianorum transis, qui nunc ubique fere terrarum triumphant?

§. II. Objiciunt Judæi varia alia, quæ in duabus classibus, supra indicatis, rectius possunt commemorari. Maxime spectanda sunt impedimenta, quæ ab ipsis Judæis proficiscuntur. Inter ea, quæ miseros Judæos impediunt, quatuor potissimum notan-

vero plurimorum seu ingentis multitudinis sub adventum Christi, ut consoletur Judæos, sicut & ante fecit, ne existiment, Gentem Judaicam prorsus excisam ex naturali olea, hoc est, Ecclesia & promissione, facta ipsorum Patribus, Abraham Isaac & Jacob, ita ut nemo ex ea redire ad gratiam DEI, & salvari possit. Quod autem veteres scriptores tradiderunt, totam gentem Judæorum seu omnes Judæos sub adventum Christi ad judicium per Enoch & Eliam convertendos ad fidem, non certo affirmari potest ex Scripturis. Et si verisimile est hac ex prophætia seu vaticinio Apostoli confirmato dicto Esaie sub finem mundi plures quam antea convertendos ex Judæis, quorum conversione & fide multi etiam ex Gentilibus convertentur, qui per Anti-Christum seducti sunt, quemadmodum tempore Apostolorum multi ex Judæis æmulatione Gentium fidelium ad fidem sunt conversi. Et p. 515. Atque tandem juxta hoc mysterium Apostoli recepturus est Judæos in novissimis temporibus & multos ex Gentibus rejecturus, sicut hoc eventus comprobavit in Africa, Asia & maxima parte Europæ. Et mox: Etiam hæc ipsa pars excæcata seu obdurata populi Israëlitici aliquando convertetur & illuminabitur, ita ut non jam reliquæ, hoc est, pauci ex eo solvantur, sed tota multitudo seu gens Israëlis recipienda sit, h. e. plurimi electi videlicet sicut veteres scriptores intellexerunt, recipiendi sunt & salvandi, id quod Gentibus ignotum fuit, ideo Apostolus mysterium vocat. D. Balh, Menzerus Tom. I. Disput. p. Giefs. in analysi c. XI. ad Rom. pag. 787. Illa interpretatio videtur scopo Apostoli vicinior, de magna Judæorum mul-

notantur animam ortumque reliquis errorum myriadibus dantia. Intellectum hominum hujus fursuris gravissima erroris vis excæcat : voluntatem malitia totam occupat : Præjudicia avita eos strenuissime tenent : Animi perturbationes continuæ eos ubique angunt : Quod errores attinet intellectus, est *ἡρώτων ψεύδος*, quod traditiones & expositiones majorum ipsi legi scriptæ præferant, & quod literæ in scriptura explananda nimis adhareant. Nam quæ de Messia regno in codice divino afferuntur, secundum literam intelligunt, & quæ de temporalis felicitatis magnitudine in Prophetiis frequenter occurrunt, non ad regnum Messia spirituale, sed omnia ad divitias, honores & terrena bona inepte trahunt. Cælum ac cœlestia gaudia, de quibus JESUS verus Messias est testificatus, illis sunt mera somnia ac figmenta.

§. III. Inprimis vehemens affectus, quo Magistros prosequuntur, impedit eorum conversionem : sæpe ex iis audivi, non posse verum Israëlitam nedum Rabbinum ad Christianam se aggregare Ecclesiam, nec unquam verum Judæum Judæa five Israëlitica stirpe oriundum fuisse Christianæ parti addictum : si illis docti Judæi ad Christianos magno numero conversi opponuntur, respondent : Hos non fuisse Abrahami sanguine natos, eorum majores accessisse Judæis Gentilium semine cretos : Causa istius affectus primaria est *φιλαυτία* maxima, qua sibi persuadent se solos esse DEI dilectos filios, sanctissimum illum cœtum, quem DEUS ex singulis orbis populis selegit, cui propitius fuit, cui leges dedit, quo fœdus æternum duraturum pepigit, se esse templum Domini, templum Domini, templum Domini vociferantur ; hæc gloriatio semper in eorum ore est temporibus nostris & vehementer eorū conversionem impedit : Temporibus Christi ac Apostolorum eadem crepare solebant. Judæi liberos docent in omnibus fidem tribuere Rabbini, quamvis dicerent dextram manum esse sinistram, & sinistram esse dextram,

ritudinē, ante mundi finem ad Christianam convertenda, ut hic sit sensus : Multi ex Judæis jam sunt rejecti, ut hac occasione Gentes in illorum locum surrogatæ salutem consequerentur. Futurum autem est, ut Gentibus ad Christum vocatis per totum terrarum orbem nunquam desint aliqui ex Judæis, & quidem circa finem mundi longe plurimi, qui ejusdem doctrinæ professione se illis adjungant, tanquam ejusdem cum ipsis gratiæ confortes, ut ita totus Israël hoc est tota illa Judæo-

dextram, prout Pontificii jubent credere, quicquid Ecclesia præcipit. Ex hujusmodi limoso fonte fluunt infinitæ depravationes, detorsiones, contradictiones: In Esaia prophetis agitur de uno Messia: Judæi rimas quarunt, duosque Messias fingunt, quorum unus omnes afflictiones ibi memoratas, alter autem gloriam ibidem prædictam, sit reportaturus.

§. IV. Impedit etiam non parum Judæos, ut ne lucem videant, vehementissimum odium, quo Christum Christianosque prosequuntur. Et hoc quidem DEO se placere existimant. Nullum igitur majus est odium, eo, quod religionis amore oritur. Quid non potest hoc odium? videmus in Papatu, quid possit; Potest innocentissimos homines suppliciis, vivicomburio e medio tollere. Si Judæi Pontificem Romanum æquarent potentia, certe eum tyrannide superarent. Imo hæc sunt aurea illa secula, quæ calidissimis votis expectant. Utinam non in medio cœtu puriori hoc odium regnaret! Sed tantum potest opinionum diversitas ac animorum dissimilitudo. Odium, quo adversus DEI unctum ardent Judæi, est insigne conversionis impedimentum.

§. V. Impedimenta, quæ Judæos inter Christianos ipsos a mutatione vitæ doctrinæque generis deterrent, sunt itidem varii commatis. Christiani impediunt Judæos in serâ conversione, si eos vexant, execrantur, ac hostili animo prosequuntur. Judæos omnibus diris esse afficiendos, bona vulgi Christiani pars sibi non tantum permissum, verum etiam imperatum credit: Hinc tot excidia miserorum, quæ maxime superioribus seculis audiebantur. Libri eorum flammis ubique addicebantur, nemo eos ex iis convincere, proprioque gladio jugulare studuit, sed religionem esse per ferrum ac flammam propagandam absurdissime tantum non omnes putarunt. Passagia & expeditiones in terram sanctam, quot millia Judæorum deleverunt? Si singula feritatis nomina excutere, ac per seculorum seriem demon-

B

strare

rum credentium multitudo inde a Patriarchis ad finem usque mundi salvetur. Mathias Hoë ab Hoënegg in Comm. ad Apoc. C. VII. p. 505. Superstites vivunt Judæi in oriente & occidente, in Asia & Africa etiamnum innumeri, ex quibus dubio procul plures per DEI gratiam, quam 144000. ante extremum judicii diem ad Christum Jesum convertentur. Ibid. ait: Qui omnes induratos Judæos Christo nomina daturus putat, contra & præter omnem Scripturam, quin & ocularem quo-

strare vellem, quot explerem philyras? Eruditi solide id jam norunt; præjudiciorum sub jugo gementes poteruntne rationibus, demonstrationibus etiam evidentissimis vinci? Quid, vestram fidem, Eruditi! in Germania superiori maxime, vulgatius, quam Judæis tesseras extorquere, aut quid communius, minis, verberibus, aut promissis opimis iis nomen JESU exprimere, aut esum suillæ eis injungere? Ejusmodi absurditates ac violentæ extorsiones neque DEO, neque ulli pio possunt placere: Est certe misera conversio, quæ armis ac vi, vel promissionibus procuratur. Ecquid juvat Inquisitio Hispanorum contra Judæos ac alios hæreticos instituta? Quis hunc modum convertendi poterit probare? Certe alium præscripsit sanctissimus Salvator

tidianam experientiam sentit: vicissim verò & hoc indubia fide tenendum, de omnium Judæorum conversione & salute, indiscretim non esse desperandum. Paulo post pag. 506. Hæc Pauli verba sole clarius ostendunt, de Judæis residuam esse spem conversionis, utut Joh. Calvinus cum sodalibus suis pervicaciter hoc neget. Neque valet elusio, per Israëlẽm hîc non Judaicum populum, sed credentes quosvis notari: tota textus *συνίπνια* reclamatur: Id. pag. 507. Vide super hunc locum Nicolaum de Lyra, & alios, qui propter verborum evidentiam non possunt inficiari, Judæorum hîc amplissimam conversionem ante finem mundi futuram prædici. Cumque textus noster Apocalypticus sententiam istam fortissime corroboret, nos eam quoque utpote pietati & Christianæ caritati consonam amplecti minime gravamur. Conf. Matthiæ Hafenrefferi Templ. Ez. pag. 312. 313. Balthasar Meisn. ad Hof. III. pag. 326. D. Nic. Hunnius in Ep. Credend. §. 918. 928. Georg. Weinreichius in Comm. ad Rom. [XI. D. Joh. Tarnovius ad Hof. III. D. Winckelm. ad Rom. XI. D. Christ. Helvicus in Elench. Jud. D. Kesleri Disput. Inaug. de dict. V. & N. T. alleg. c. 1. th. VII. Th. Hackspan. Part. II. Not. Phil. pag. 933. Christiani Ravii & Matthiæ Wasmuthi Lit. [circular. f. 11. p. 19. Dn. D. Spenerus in piis Desideriis p. 72.

D. Havemanni Wegeleuchte wider die Jüd. Finstern. p. 566. 577. D. Mich. Waltherus in Harm. Bibl. Dan, Fesselius in Adv. sacr. G. Rostius. M. Rob. Erytropilus in Theol. Apost. Cyr. Spangenberg ad Rom. XI. Hartm. Creidius in Medic. Ev. Gerh. Gravius in Tab. Apoc. Paul. Egardus ad Rom. XI. Joh. Schindler. Matthias Flacius in gloss. D. Joh. Gerhardus L. de Extr. Jud. & alibi D. Aug. Varenius ad Ef. 59. & in Comm. ad Rom. in Opusodromo Paulino-Rom. p. 430. seq. D. Besoldi Tr. decis. D. Joh. Quistorp. ad Rom. II. D. Jac. Helwigius Disput. Inaug. de Myst. Paul. D. Joh. Georg. Dorscheus Progr. ad hanc Disp. D. David Clodius [Disp. de Conv. Jud. D. Christ. Dreier J. Disp. de ead. Joh. Affelmann. Conf. etiam D. D. Calov. Disput. de Conv. Jud. & T. II. Bibl. Ill. N. T. pag. 192. a. Dn. D. Neumann Disput. de Conv. Jud. Martini Diefenbach Jud. Conv. D. Wellerus Comm. ad Rom. XI. p. 644. D. Geier in Dan. pag. 967. D. Groshain Disput. de cath. Jud. Conv. D. Carpz. Animadv. ad Schick. de Jure Regio Ebr. p. 30. Anon. ad D. D. Speneri

vator noster : alio usi sunt Apostoli , alio utuntur omnes vere pii. Superioribus seculis sæpe unius monachi instinctu ac vociferationibus multa Judæorum millia sunt trucidata. Joh. Capistrani conciones horrendam stragem Judæis accerferunt. Bernardus sui ævi cœcis zelotis mascule se opposuit : agitabantur enim consilia perditissima de singulis Judæis per omnes Christianorum provincias interficiendis : Quamvis inter Theologos nostros orthodoxos aliqui reperiantur , qui expulsionem Judæorum svadeant , est tamen præcipuum conditionatæ tolerantæ argumentum , spes conversionis. Sunt Judæi summorum Theologorum & ipsius scripturæ , testimonio ideo tolerandi , ut convertantur , ut sint testes nostræ redemptionis , dum justas criminis

B 2

laxæ

pia desid. pag. 225. D. Aug. Pfeiffer. Joh. Henr. Vrsinus Joh. Andr. Qvenstedt. loc. diff. N. T. ad Rom. XI. ἀνεκδ. (D. D. Calovius in Disp. de Conv. Jud. p. 20. nec non Hülsem. Comm. in Rom. XI. ἀνεκδ. in ead. pag. 29. citat.) Lutherus T. VII. VIII. Mengerling. Disp. Inaug. de Conv. & salutis hum. impedimentis. Episcopus de Cauf. Incred. Jud. J. Coccejus G. Voetius T. II. sel. Disp. pag. 127. Frid. Spanh. F. Petrus Martyr ad Rom. XI. p. 855. Curio de Amplit. Regni Christi Anon. de Regno Christi glor. J. Gousserii Tern. Controv. adv. Jud. Kidderus in demonstr. Messicæ. P. Pezron P. Allix in Disput. adv. Jud. S. Curcellæus Ph. a Limborch Theol. Christ. ed. nov. Rivetus Isag. p. 517. Boys D. Lat. cum præf. D. D. Bottsacci, Alting. Theol. Hist. Vignier Theatr. Anti-Christ. Thesaur. Th. Sedan. p. 105. Grelotius p. 92. 120. Johnson de Sabbato, Prideaux p. 368. Olivier Pauli (qui nunc Amstelodami Regem Judæorum insano ausu sagit, variis monumentis Belgico sermone editis.)

Porro vid. Malvenda l. II. de Anti-Christ. cap. 17. p. 202. Corn. a Lapide in Ap. 7. Joh. Feri in Gen. 21. p. 395. Socolovius l. 2. de Eccl. Pap. 5. Firmianus in Ap. 14. Piscator, Th. Brightmannus in Ap. p. 663. Alstedius. Calixtus de Supr. Jud. p. 72. Hülsem. in Geiwifs. Wurm. p. 1173. D. Joh. Fecht. de Eccl. Jud. D. D. Brochmand. Syst. Th. de Extr. Jud. qv. 13. p. 621. D. D. Cramer de Regno Christi p. 11. c. 4. qv. 6. p. 332. D. Pappus Comm. in Hof. 3. 4. D. Dannh. Apoc. Myst. Ap. Dölingius in Anti-Christo τυμβογέροντι l. 4. c. 9. p. 198. D. 9. Meisn. Disp. de Noviss. §. 20. Bugenhagenius in Psal. 59. p. 98. Cruciger in Rom. XI. Melanchthon in Ep. ad Rom. Brentius ad c. l. D. Wigandus in Hof. 3. D. Osiander & Vinar. ad Rom. II. D. Pareus ad h. l. p. 258. J. Laurentius in Δυσωνί. Paul. p. 309. Pererius L. 15. in Dan. Conzen. ad Rom. XI. Ribera in Apoc. XI. Barrad. T. 2. Conc. Ev. l. 10. cap. 30. Moses Amyrald. in Def. Calv. c. 12. p. 172. P. Cunæus de Republ. Hebr. L. I. c. 17. Justus Heurnius divin. in Leg. Evang. ad Indos. Grotius ad Luc. 21. pag. 801. Canonistæ ad Tit. de Conv. Infidel. it. de Jud. Joh. Kizelius. Marqv. de Susannis Th. Franzius Schol. sacr. Disput. 10. §. 86. Dn. Joh. Andr. Gleich Conc. in Jud. c. Bapt. ed. (In scriptis, quorum nunc ultra centuriam numerantur, in controversia de salutis humanæ termino peremptorio sæpe hujus de statu Judæorum præsentis ac futuro ca-

læsæ divinæ Majestatis pœnas luunt. Violenta hæc conversio est perversio, & stylus Romanæ non Apostolicæ curiæ, quem non ignoramus, sed non sequimur. Mansuetudo errantes in viam reducere, vitia corrigere, tyrannis adaugere potest. Nunc quidem Pontifices videntur clementiores in Judæos ac olim, de qua re fusius alibi. Magna asserti mei cura fuit olim quoque præstantissimis Theologis & Philologis, quorum testimonia satis id declarabunt.

§. VI. Impedire videntur Judæos dissensiones Christianorum, sed videntur; nam, ut taceam, Judæorum in sinu magna esse doctrinæ schismata, non possumus quidem probare contentiones sæpe levibus de causis ortas inter Christianos, ideo tamen

pitis mentio etiam occurrit) Conf. Bucerus. B. Krackeviz. in Hof. Merc. T. Fatid. ad Dolob. pag. 111. Heidegg. Labor. Exeget. in Joh. Matth. Ep. ad Rom. Cor. Ebr. Tig. 4. 1700. B. Picteti Theol. Christiana. Andr. Müller. Exc. MS. Turc. dedic. Hundertjåhr. Bedencken D. Jac. Andræ pag. 102. 145. III. 150. 154. 156. 158. Paul. Hofmann de Conv. Jud. El. Schadæus ad Rom. XI. H. Muhl. Disput. Inaug. J. Walch. Andr. Willetus in Ep. ad Rom. Joh. Meyer Vertoog dat Jesus de ware Messias is Amst. 95. 8. Kraanzburgh der Joden Weghwiizer 2. Tom. I. Vol. Amst. 1654. Vid. Centur. Magd. in Tit. de Conv. Hottingeri Hist. Eccl. Alcasar p. 555. 481. B. Majer. S. Schnellius J. H. Majus Th. Jud. J. C. Wagenfeilius Præf. T. J. S. Trithem. Cranzius. Mantuan. Clichtoveus. Erasmus. Spalatinus, Acofta, Azorius Sadoletus, Christ. Chemnitius, Brunnemannus, S. Strykius. Selneccerus, Bellarminus, Barónius, Cardanus, Heilbrunner, Scharfius, Kromayerus, Feuerborn, Haberkorn, Hildebrand, Behm, Rudrauf, Nagel, Th. a Jesu, Galatinus, Buxtorfius, Margaritæ, Ger. Veltwickius, Jac. Calverus, Alan. ab Insulis, Gerson, de Voisin, Fr. Henr. Hoyer, Sig. Hofemann, Kircherus, Rumetsch, Mich. Thomafius, Riccius, P. Serarius, S. Huber Comm. in Ep. ad Rom.

Si Judæi docti, quorum in Belgio dantur non pauci, legunt apud Bellarm. de Verbo Dei l. 4. c. 4; Etiam si Scriptura dicat libros Prophetarum & Apostolorum esse divinos, tamen non credam esse, nisi prius hoc credidero, Scripturam, quæ hoc dicit, esse divinam. Nam in Alcorano Muhammedis passim legimus ipsum Alcoranum de Cælo à Deo missum, & tamen ei non credimus; quæ, tuam fidem Lector, cogitabunt? Bailius I. Tract. Cat. non absimiliter dixit, se non magis crediturum S. Matthæo, quam T. Livio absque auctoritate Ecclesiæ. Alias contumelias affricuerunt S. Script. Hosius, Caranza, Stapletonus, Hermannus, Canus, Pighius, Tapperus, Eckius, Costerus, qui passim a Doctoribus nostræ Ecclesiæ sunt castigati, & de quibus S. Script. auctoritatem asserentes innumeri egerunt. Incredibile dictu est, quanta pariat damna illud vulgare cum Judæis conferendi studium: Lapidibus loquuntur, qui sæpe in sermonibus ad populum habendis nescio quæ testimonia pro Christianæ religionis veritate vindicanda ex Galatino, Ortone, ac ejusmodi ineptis compilatoribus corradunt, ac hoc modo, dum veritatem pessime ac prorsus

tamen bella non sunt illicita. Est res voti non spei, arma Christianorum ne in propria viscera scæviant; Magna tamen scandala Judæis præbet Papismus.

§. VII. Papismus est maximum Judaicæ conversionis impedimentum. Si Judæi tanto studio Christianorum scripta legerent, quanto Rabbinica excipiuntur ardore, quæ de fratrum implacabili odio sentirent? Præterea si legunt in Papæorum monumentis, Papam posse omnia, Papam esse infallibilem, si adorationem sanctorum, imaginum, vident, execrantur religionem Christianam ac detestantur. Ecce autem religioni Christianæ Christianorum vitia sunt imputanda, non excusamus Pontificios. In Papatu innumerabiles Judæi degunt, qui majoribus quam uspiam terrarum ibi impedimentis a Christiano cultu deterrentur. Hinc fere omnia argumenta, quæ in virulentissimis scriptis Rabbinici adversus Christianos nectunt, Pontificios feriunt, non nos. DEUS igitur tantum impedimentum pro immensa sua sapientia amoliat! Essem nimis prolixus, si R. Lipmanni querelas *ἀυτολεξεί* addiderem, quas propter Misam, Monachatum ac alia Pontificia commenta effundit.

§. VIII. Ingenue dico quod res est, haud leviter offendit Judæos, si vident a viris intelligentibus Christianam religionem inanibus ac stramineis argumentis firmari: Non opus habet veritas divina cerebri humani commentis ac fabulis. Quicquid boni cetera viri pro Christiana religione offendunt in monumentis doctorum, corradunt ac Judæis opponunt, magno causæ detrimento. Pugio sæpe plumbeus est, quo Judæos prostertere satagunt. Si alius adversarius magnam in seligendis rationum argumentis poscit circumspeditionem, Judæus doctus certe eam requirit.

absurdis rationibus defendere conantur, hostibus sacrorum nostrorum non levi sunt offendiculo. Vidi Doctores, qui Judæos per varios Cabbalæ lusus ac ominosa, ceu videbantur, nomina convincere satagebant, facile autem Judæi alia ejusmodi literarum ludibria objiciebant, successuque irrito omnia tentabantur. Est hac verissima thesis, tradi apud nos in monumentis de Judæorum rebus editis innumerabilia falsa, inepta, male intellecta, quæ longo usu scriptorumque autoritate munita difficillime a peritissimo totius Ebræologiæ ex animis hominum nunc possumus evelli. Sine Judaizationis nota, quam malitiose veræ rerum faciei Ignari sæpe *νατ' ἰξοχην* Israëlitarum amœnitatum gnaris & callentissimis totius verustatis

§. IX. Summum igitur conversionis Judaicæ impedimentum est Literaturæ Judaico-Rabbinicæ imperitia, quæ passim inter Christianos Doctores regnat.

§. X. Sine sufficienti totius Compagis Rabbinico-Talmudicæ cognitione per omnes Theologiæ veræ partes se diffundente infeliciter cum Judæis disputatur. Hæc igitur doctrinæ diffusissimæ pars, quæ multis Ecclesiæ Doctores deest, cum necessaria maxime sit, ejus absentia magna parit damna. Vitam quoque, quæ inter Christianos sæpe profus non emendata cernitur, obicem ponere Judæorum conversioni nemo negabit, nemo lætabitur, sed quivis pius calidissimis lacrimis irreparabile hoc damnum deplorabit.

§. XI. Quæ Magistratum officium in convertendis Judæis omittat, adeoque impediatur miseris, malo summorum Theologorum, quam meis enunciare verbis.

§. XII. Servitus, quam Christiani eis præstant, nonne eos in errore confirmat? Christiani, qui die Sabbathi Judæis serviunt, multis modis peccant, argumentisque solidis Theologi nostri id dudum demonstrarunt, ut mirari quis posset, viros quosdam celeberrimos Judæis hac in parte favisse. *Indigni Christiano nomine, qui ad occecatam hanc Judæorum superstitionem fovendam varia ipsis in instruendo foco, apportandis aquis aliisque necessariis, detestando cum scandalo, famulitia præstant, seque mancipiorum, non ferendo a Christianis Magistratibus exemplo, sponte sua impudenter præbent: De quo quam graves olim Christo Judici rationes reddituri sint, suo cum damno sentient.* Hæc sunt verba viri de Ecclesia Christi & literatura Ebraica meritissimi: Cui consentit magnus quondam Theologus. Testor Consilia Ecclesiastica ac Casus Conscientiæ. Judæi gloriantur in publicis scriptis,

Rabbinicæ affingunt, vix commemorari possunt ejusmodi superstitionis doctæ excrementa. Hæc res est immense magnitudinis moles, quam vix seculum, licet omnem operam in ea amolienda ponat, auferre poterit. Hæc res enutrit maxime Judaïsmum ac Muhammedismum meritissimoque a Clar. Hottingero Hist. Orient. inter causas Muhammedismi conservantes numeratur, in qua per viscera Jesu Christi quosvis salutis humanæ cupidos obtestatur, ne levi animo in arduissimo hoc negotio versentur, sed exquisitissima, omnique cura e S. Script. deprompta, argumenta adversariis proponere contendant. Si cum Judæis disputas ac in sectione de Scriptura, de Creatione, de Statu peccati, de Messia, de Justificatione hominis

ptis, servire sibi Christianos, non se Christianis: ecquod, ajunt, est exilium, quæ captivitas? qua plebs Christiana nobis servit, Principes, summosque inter Christianos viros, pecuniæ vi in nostras trahimus partes. Possunt facile a vera fide seduci, qui hoc modo Judæis se obligant. Si Christiani essent in Judæorum potestate, non servirent iis. Objiciunt, actus hujusmodi servitutis esse mere civiles, non Ecclesiasticos. Regero, Judæum a Christiano servo eosdem sibi poscere, non ob societatis civilis, verum ob cultus sui Judaici, conservationem. Ergo non sunt

peccatoris coram Deo versaris, ubique antiquissimæ veræ! & Christianæ Theologiæ Judaicis literis exaratæ monumenta leges, sedes tamen etiam errorum ac ipsa Impedimenta causasque incredulitatis facile animadvertes: in eo enim a plerisque fuit aberratum, quod se judaizare crediderint, ubi semel veritatem a Judæorum parte stare agnovissent, ita miseros homines vehementer in progressibus impederunt. Complectitur hoc solum caput tanta momenta, ut mihi amplum per id eundi campum peroptarem; sed vela sunt contrahenda, ne alia, quæ dicenda restant, cumulatissimeque succurrant, his alio loco jam explicatius, ni fallor, dictis impedirentur. Præjudicia quæ Judæi habent circa S. Scripturæ autoritatem, usum, ordinem, accurate sunt examinanda, nec ea in disputationem arripienda, quæ nostræ sententiæ consentanea tradunt. Danielem, cum eos urgere videatur, rejiciunt, de qua re, si bene memini in Disput. de Fatis Erud. Orient. olim plenius dissertavi. Mosen ubique crepant, quasi Moses non Christum ubique i. e. verum nostrum Messiam annunciaret: Ad Targumim provocant: Bene: nec nobis sunt vetustissimæ hæc interpretationes contrariæ, verum maxime favent in permultis locis, a nemine quod sciam hucusque observatis. Quæ enim Beckius quondam meus, vir longe doctissimus, Taylerus, Fagius enuclearunt, ad hæc nostra non faciunt argumenta, sed aliud Judaicæ doctrinæ comma eleganter sciteque explanant. In primis quærenda existimo, & salvo rectius sentientium judicio vestigia Christianæ purissimæ doctrinæ in Medraschicis deliciis. E. g. Est locus satis vexatus ib. agit de Messia quod venturus sit ex loco alio

ממקום אחר Ad manum sunt interpretationes Rabbiorum quorundam doctissimorum in D. D. Wag. T. I. S. non possum tamen heic omittere explicationem, quam omnium, qui in utroque Principatu Brandenburgico & vicinis terris degunt, Judæorum Inspector supremus, ceu se ipsum vocitat, R. Isaschar Bermann, nuper ad me perscripsit, aliquid Christiani contra Autoris mentem continentem.

נשמרת משיח הוא בחדר המיוחד הנקרא קן ציפור ובערת
ביאת משיח יתגלה נשמתו מאותו מקום ומשם תבואה
לתוך הגוף וכן איתא בספרי קבלה שנשמרת כל אדם בא
ממלאך מטטרון הממונה על המלאכים ונשמרת משיח בא ממלאך
אכתריאל הממונה על כסא הכבוד ונשמרת משיח גנוזה תחת כסא
כבוד. Prudenti sat. Ejusmodi infinita alia subministrant Cabbalistica scripta &

sunt mere civiles. Inftas: Non gratis; sed pretio ferviunt, paupertas multorum hac ratione levatur. Respondeo tribus: Tam vili pretio Christiani pœnitere non deberent emere, nec alios tam enormiter scandalizare. Suntne facienda a DEO vetita, ut lucrum ex iis capiatur? Abfit.

§. XIII. Impediunt Christiani Judæos, si eis superstitiose facultatem incendia extinguendi tribuunt, ac eos vel hoc solo nomine esse tolerandos contendunt.

§. XIV.

totius Literaturæ Rabbinicæ ornamenta, quæ quantum in universa Christiana Theologia afferant utilitatem, ac quanta ejus neglectio pariat damna ac conversionis Judaicæ impedimenta, mehercule nemo satis credere, nisi expertus potest. Antequam vero Christiani se ipsos convertere serio, a mundana sapientia, quæ spuria ac falsa est, abducere & Israëliticam prudentiam amplecti incipiunt, multa, quæ pia corda angunt, non possunt tolli impedimenta. Objiciunt Judæi non esse Christianam religionem divinis legibus consonam, vel, quod frequentissimum est, vitam doctrinæ non respondere, adeoque ipsos Christianos cultum Christianum damnare observant: omnino Sabbati irreligiosus cultus, qui pro dolore inter Christianos inolevit, magnum Judaicæ conversionis est impedimentum: Quid magis in sensus incurrit, professionem Christi divinumque mandatum quid vehementius lædit, frigida ista Sabbati cura? Totus cohoresco, si in severas Dei comminationes, Theologorum nostrorum suspiria gemitusque mentem mitto, ac omnia surdis narrari mecum reputo. Et hoc impedimentum in tantum diffusum, in quantum ipsa Christiana religio diffunditur: Ubi enim Christiani reperiuntur, ibi hoc etiam horrendum, dictu diabolicum inventum regnat. Graviter DEUM offendunt, qui vel negligentia vel avaritia sese ab audiendo verbo DEI diebus festis abducunt. Res satis clara est, non eget probatione (L. Osiand. in Neh. XIII.) D. D. Franzius p. 772. Tr. de l. script. ait: Sanguineis lacrimis hodie satis deplorari non potest, ineffabilis abusus diei Dominicæ in omnibus statibus, per casus infinitos, immodica convivia, nuptias, venditiones, computationes, lusus, armorum lustrationes, balistarum artes: His & innumerabilibus aliis nonne Conversio Judæorum impeditur? nonne offendicula sunt gravissima? Gravius vix datur impedimentum conversionis Jud. quam vita Christianorum puritati doctrinæ contradicens. Idem D. D. Franzius ait schol. sacr. Disp. X. §. LXXXVI. *Reddent Deo gravissimam rationem litterati, qui vicinos Judæos solide instituere non possunt: graviores, qui Judæos nec alloquio nec colloquio nec refutatione dignos censebunt, pro quibus utpote Jesu ipse cognatis ipse æque passus est, atque pro Ethniscis, gravissimam, qui mala vita & delusionibus eosdem a sese & a fide Christianorum magis magisque abalienant. Sint inimici quod ad Evangelium, dum ei reluctantur, interim tamen propter Patres diligantur, juxta sollicitam curam & anxiam mentem Apostoli Rom. XI-28. Sunt nonnulli in hoc metu, Judæos propter Christianam malam vitam non accessuros nobis, sed Christianam Ecclesiam ad Judæos transituram.* L. Danæus Comm. ad Aug. de Hær. ait: *Mibi tot hereses & tantas tum in Deum, tum in Christum ipsum tamque horrendas blasphemias a Gentibus & præputiatis (quibus magna sua misericordia Deus tam libe-*

§. XIV. Cultus imaginum sanctorumque vehementer impedit Judæos, quod quidem impedimentum Papæis, non nobis

valiter salutem Evangeliumque suum communicaverat) excogitatas, pertinaciterque defensas intuenti horret animus, venitque sæpe in mentem, fore, ut propter tam gravem verbi nominisque sui contemtum Dominus DEUS a gentibus suum Evangelium justo suo judicio auferens transferat iterum, traducatque ad Judæos, a quibus primum ortum est. Nam si DEUS illis naturalibus ramis non pepercit, ut ait Paulus, vide ne tibi, qui oleaster es, & in eorum locum tantum insitus, non parcat. Ac certe notanda est illa maxime necessaria Pauli admonitio & sententia ad nos gentes, Rom. XI. v. 22. Vide igitur benignitatem & severitatem DEI, in eos quidem, qui ceciderunt, severitatem, in te vero benignitatem, si permanseris in benignitate, alioquin & tu excideris.

Garriunt Judæi multa de scuto Davidis, quod commentum, utpote huic hominum generi familiare non miramur, miramur autem Christianos posse his fide re ineptiis affariisque. Illud scutum Davidis (Schick. ad Tarich p. 54.) id ipsum est, quod superstitionissima gens Judaica etiam contra ignes valere credit (habuisse nugantur duplex triangulum, opposita ratione sibi mutuo implexum, cujus quatuor apicibus ad latera nomen DEI tetragrammaton fuerit inscriptum, ceteris duobus supero scil. ac infero, ejusdem abbreviatio, medio autem spatium hieroglyphicum, nomen אגלא Agla, quod in explicatas voces resolutum sonat אלה גבור אדני לעולם. Hinc fieri, ut in Psalterio DEUM toties appellet scutum suum, velut ps. 3. v. 4. & alibi passim, atque hoc eodem signo etiam in vexillis, item pro tessera militari feliciter usum esse) atque ut incendia restinguant vel masse panis inclusum, vel ejus crustæ saltem extrinsecus creta inscriptum, una cum Hebr. versu Num. XI. v. 2. postquam ter circumtulerunt, in flammam conjiciunt, quod piis Magistratibus revelare volui, ne hujusmodi abusum S. Script. ferrent. At vero quis resistit eorum malitiæ? Confirmantur potius. Wurceburgi ob hanc solam causam eos toleravit summus Magistratus. Eccur autem incendium Pragæ exortum non deleverunt? Cur non alia? Illud Pragæ consumpsit quicquid vere rariorum codicum & exquisitissimorum librorum Judaicorum in Germania unquam fuit. Nugæ sunt.

Ceterum illud non omittendum, notandumque est, cruces illis figere crucem esseque incredibili offendiculo. Memini in Illustri quodam Consistorio ejus Assessorem Rabbiniæ Literaturæ peritissimum in Hassia, mihi ostendisse crucem, quam in domo sua Judæus quidam abscondidit, ac certis stansque horis conspuat ac flagellavit, quam malitiam civis ejus urbis detexit, sacroque judicio indicavit. Superstitiosus cultus Crucis eos in tantum cruciat, ut Muhammedanum potius, quam crucis cultorem Judæum futurum credam. Adeo crucem averfantur ipso Novo Testamento teste. Ad unum omnes firmissime sibi persvadent, Christianos singulos crucis simulacra adorare.

Impedimentum non leve est, Christianos publice instituendis Judæis non occupari: In Darmstadina ditione non sine fructu conventus Judæorum ergo solenniter habebantur, quos laudat D. D. Majus Theol. Jud. Judæi enim docti scripta, quæ magno numero contra se edita sunt, non intelligunt, plerumque Latine

nobis puriori cultui addictis, est tribuendum, quod in generali complexu num. 7. latius deduximus.

§. XV.

idiotate vulgata. Sed dum me in hoc impedimentum discutiendum diffundo, lernam conspicio malorum. Equis negare potest, Christianos hic suo deesse officio? In viscera materna ac fraterna sæviunt, ac se mutuis dissidijs contentionibusque lacerant, nemo curam gerit salutis Judæorum. Quæ Romanus cœtus in convertendis infidelibus agat, multis edocemur libris: Cordatus D. D. Franzius ait Schol. sacr. Disput. X. §. XXXVII. *Qui Americæ ab Hispanis occupatæ historias nobis descriptas communicarunt, inter alia commemorant, a Jesuitis converti jussos fuisse ad fidem Christi Americanos, porrecta ipsis catena calculis plena, pro numero Pater noster vel Ave Maria complendo, & aspersos fuisse aqua consecrata, & has ineptias Americanos effusissime risisse. Non multo sapientiore quoque cum Judæis iidem Pontificii processum instituunt. Sunt enim inter Pontificias provincias maximi Judæorum cœtus. Ita est, plurimi Judæorum degunt inter Pontificios, ibi maxima vident impedimenta ac multis modis offenduntur, ibi minima suscipitur de convincendis miseris hominibus cura, nullibi magis vexantur, numis emunguntur, quam inter Papæos, nemo tamen de eorum salute serio cogitat: Ridiculæ enim sunt Conciones Romæ Judæorum convertendorum causa institutæ, ex quibus nulla salus speranda, sed multum impedimentorum nascitur ex ejusmodi theatralibus ineptiis: Hoc maxime notandum, Papiſmum quod ad doctrinam ac quod ad vitam communem gravissimum esse Conversionis Judaicæ Impedimentum. Cogites, erudite Lector, Judæi conversantur sæpissime cum ipsis Romanæ curiæ Cardinalibus, assiduissime Monachis aliisque adsunt, nemo eos vult fallitatis convincere, numos omnes quæruunt, aut ut rectius dicam, nemo potest eos convincere: Nullibi enim terrarum major regnat Hebraicarum rerum imperitia, quam in ipso Papatu. Jactat Romana Ecclesia, se millia sacerdotum optimo successu ad erudiendos miseros gentiles in omnes terrarum mittere angulos: cui autem bono? Regionem, non religionem intendit. Memini in Exc. Scalig. ed. 1695. pag. 219. 220. hæc legisse: *Justinus Martyr quam misere contra Tryphonem scripsit, & Tertullianus? Debet esse valde peritus Judaismi, qui Judæos volit reprehendere & refutare. Mirum Christianos contra se scribere, non contra Judæos. Sunt convincendi ex Talmud, non ex novo Testamento, videbunt: mirum est neminem rei illi studere, miserum, quod nos Christiani contra alios scribamus, & nemo contra Judæos: Ils exposent bien subtilement l'Escriture, il fait beau lire leurs livres, il y a beaucoup d'esprit: les Papistes ont de fort absurdes expositions. Ib. pag. 218. Raro Judæus aliquis Christianus factus fuit bonus, semper sunt nequam.* Tales certe ex scholis catechericis Papæorum prodeunt. *Habetur Romæ (vid. D. D. WAGENSEILIVS Præf. ad T. I. S. p. 90.) singulis Sabbatis in templo quodam huic rei dicato a monacho quodam Dominicano concio, cui ex Judæis viri fœminæque definito numero interesse coguntur. Sed concio, ut ita dicam, mere profana, quam ne preces quidem pro Judæorum conversione comitantur, & quæ plerumque nullius controversiæ jugulum premens circa genu, tibiam aut talos heret, multis insuper sannis ad exagitandos tantum Judæos est composita. Eapropter hi quoque in visus & screatus se resolvunt & Concionatori suo frequenter obganniunt. Adest, qui hoc casu ingenti pertica in eos**

§. XV. Conciones & publicæ Judæorum in fidei veræ capitibus institutiones omittuntur, adeoque non levis oritur lapidis offensionis. Quod studium Papæ in Gentilibus ad Christianam religionem perducendis ponant, historiarum tabulæ loquuntur,

C 2

§. XVI.

*animadvertat, quod cum exequitur, ibi tum turbae sunt, ita ut pausam interdum facere cogatur præco, qui deinde postquam ad clepsydram verba fudit, eodem carpento, quo advenerat, splendide domum revehitur. Tum temporis Romæ solum, non in aliis Papæ ditionibus hæc exercitia instituebantur: Nunc autem postquam è Celeberrimi & summi Polyhistoris Wagenseilii scriptis nonnulla Eminen-
tissimo Cardinali Imperiali S. A. Legato a Latere in ducatu Ferrariensi relata sunt, in ipsa Urbe Ferr. Conciones Anti-Judaicas jussit celebrari. Meretur Germ. trans-
latio, ob raritatem rei, quæ paucissimis Ebræophilis in Germania nota est, ex literis F. Raph. dall' Assunta Disc. Aug. (Vid. Dn. D. Wagenseil. Belehr. der Jüdisch. Teutsch. Red- und Schreib- Art 1699. 4.) hic legi: Der Ehr-
würdige Pater heisset Job. Carol. di Sancta Anastasia, unsers Barfüßer Aug. Ordens ein Mitglied, von geburt aus dem Ferrarischen, im 48. jahr seines alters, der Göttlichen und weltlichen Geschicklichkeiten wohl erfahren, und eines so hur-
tigen Geistes, daß er in alle dem, auf was er sich geleet, eine ungemeyne erfahren-
heit erlanget, wie sonderlich unter andern aus der Hebræischen Sprach zu ersehen, welche er mit grosser fertigkeit, da er schon über 30. jahr war, in 14. Monaten dergestalt erlernet, daß der Rabbiner, welcher ihn sie unterrichtet, sich für ver-
wunderung auffser sich selbst befand. Es vvar dazumal sein Lernen nur ein lauterer fürwitz des verstandes, aber seithero 4. oder 5. jahren hat er zu erken-
nen gegeben, daß auch die sachen, so er nur durch bloße curiositet erlernet, in ihm eine grosse vollkommenheit zeigen, indem er in dieser zeit 40. Juden durch öffent-
liche und schwere unterredungen in strittigkeiten über die vrichtigsten geheimnisse unserer heiligen Religion bekehret, die so verstockte Juden mit der Göttlichen schrift, welche er stets zur hand hatte, und mit aus denen Rabbinen selbst gezogenen Beuveisthümern überwindend: Diese seine bemüehungen aber vvar den allezeit nur sonder höhern befehl privatim von ihm angestellet, biss er mit andern verstandigen sich unterredend und beklagend, daß hier nicht, vwie vormahlen, die Juden-Predigt im gebrauch sey, zu dem ende auf des Herrn WAGENSEILS gelehrte und an Fürsten und Obrigkeiten gerichtete vorrede, so seinem buch Tela ignea Satanae genannt, fürgesetzt, beziehend. Selbige nun ward erwogen, und vor ohngefehr zweyen jahren in einer Congregation, so bey jetzigem Wittbum dieser kirch, [da der Bischoff mit zeitlichem tod abgangen] alle Montag abends über die geistlichen sachen von Seiner Eminenz dem Herrn Legaten Imperiale gehalten wird, gelesen. Sonderlich aber hat man bebertziget, was pag. 100. circa medium gesagt wird: Ideo Conciones quoque publicas pro convertendis Judæis ordinare vel maxime neces-
sarium est &c. Dadurch leichtlich das fromme gemüth dieses Legaten bewegt wurde, daß man angefangen wegen Rom bericht einzuziehen, was daselbst üblich were, worauf es endlich zum ernst kommen, jemand zu dieser Apostolischen arbeit zu benennen, und fiel die wahl auf einen P. welcher sonst dem ort, wo die*

§. XVI. Si certis conditionibus Judæorum tolerantia circumscriberetur, multa simul amoverentur conversionis impedimenta.

§. XVII.

atbechumeni unterrichtet werden, fürgesetzt ist. Er ward aber bald von eben dem Canonico, welcher diese sache fürgetragen hatte, wieder verworffen, indem er zur ursach fürlas, die erzehlung, so gedachter Herr WAGENSEIL in angezogener vorrede p. 90. machet: Habetur sane Roma mit dem was folget: Und solches zu verstoffung des P., welcher der heiligen sprach gantzlich unerfahren war. Fragte demnach Seine Eminenz, wer allhie deren kündig seye? Worauf von denen Assessoribus unser P. Job. Carolus ernannt wurde, samt zeugnis von so vielen herrlichen und schweren bekehrungen, die er vollbracht hatte. Das fürbringen fand einen beyfall, und war die person beliebt, dannenhero sind es schon 6. Monat, daß er alle Samstag diesen heiligen dienst verrichtet, mit grosser beschämung des gantzen Ghetto oder wohnplatzes der Juden und der meist verstockten aus ihrer Synagog, welche vvider seine beuveisthumer vveder antvort, vveder ausflucht finden können, so allezeit ad pondus sanctuarii die vvage halten, und alle dahin zielen, daß die Juden entweder ihre Rabbinen oder das Mosaische Gesetz verlaugnen müssen. Dann vwann sie jener Traditionen nachleben, vvelche dem Gesetz entweder vviderstreiten, oder selbiges zernichten, so halten sie folglich das Göttliche Gesetz nicht, und sind auch folglich nicht das auservvahlte volck: Leben sie aber nach dem gesetz, so sind sie schuldig, dievveil es durch das Evangelium des vvahren Messia aufgehoben vvorden, selbiges zu verlassen, und das Sc. Pergit: Er bittet den gefallen zu ervvweisen, und mir die nachricht und überschriefften von denen büchern, so der Herr WAGENSEIL drucken lassen, zu übersenden, dann er hat nichts, als die Tela Ignea und die Sota, vvie auch das mittel anzuzeigen, durch vvelches man den rest der bücher besagten Autoris haben kan, vvelcher in vvahrheit ungemeyn gelehrt ist. Ferrara d. 5. Dec. 1695. Venetiis ac Pragæ Concionatores ejusmodi aluntur, qui saluti Judæorum unice debent esse intenti. Viennæ superioribus seculis sermones hunc etiam in finem plurimi habiti fuerunt. Pontifices videmus fuisse in conversione Judæorum notabili exemplo occupatos, Gregorium in primis XIII. (nam alii sæpe Judæos in familiaria colloquia admittebant, notatuque est dignum, quod Bartoloccius de Judæo quodam narrat) imo fuisse Judæum aliquando Pontificem Romanum, ac quanta familiaritate Pontifices, Cardinales, Episcopi erga Judæos usi fuerint, non ipsi tantum crebro narrant (vid. **מַעֲשֵׂה בְּכֹד**) verum patet id satis aliunde. Sic habes Edictum illud Pap. saluti Judæorum subueniens: Felicis recordationis Nicolai Papæ V. nonnullorumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigiis inherentes præsentè constitutione generali præcipimus omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis & aliis Ecclesiarum Prælatibus, etiam Cardinalatus honore præditis, ut in suis quisque civitatibus, terris & locis, in quibus competens aliquis numerus Judæorum, qui Synagogam constituat, commemoratur, curent Sabbati vel alio cujuscunque hebdomadæ statuto die ad Judæos ipsos in locum præstitutum, non tamen sacrum, nec ubi sacra confici solent, convocatos, per aliquem Magistrum in Theologia, aliumve idoneum virum ab eis eligendum cum mercede congrua illi, ex ipsorum Hebræorum collatione, aut alias, prout com-

§. XVII. In precibus Ecclesiæ publicis Judæorum mentio negligitur, cum quotidie ardentissime pro eorum conversione misericors DEUS esset implorandus.

C 3

§. XVIII.

modius eis videbitur, Hebraicæ, si fieri poterit, lingua peritum, sermones vel lectiones haberi, in quibus illis exponantur scripturæ veteris Testamenti, Mosis scilicet & Prophetarum, præsertim vero, quæ ex Sabbato leguntur, seu lectæ in eorum Synagogis sunt, juxta sanctorum tamen Patrum interpretationes & verum Catholica Ecclesiæ sensum, ac in eis differatur de veritate Christianæ fidei, de certo adventu & incarnatione Filii DEI, illiusque nativitate, vita, miraculis, passione, morte, sepultura, descensu ad inferos, resurrectione, in cælum ascensione, de ejus Evangelio in toto terrarum orbe per Apostolos ejus & alios sanctos prædicato. Didici multis exemplis, Judæos, eos, qui ad Christianorum sacra accesserunt, persequi immani odio: Accusant eos sceleris alicujus commissi plerumque, ne fidem apud nos inveniant ac eis nocere possint: Imo magna sæpe auri pondera profundunt apud principes viros, ne Profelytorum consilia, fraudes venenatissimamque Judæorum malitiam detegant, locum mereantur. Imo insidias quovis modo illis struunt, eos vel vi vel clanculum ac artibus quibusvis e medio tollere student: Ac in ejusmodi homine removendo omnes, qui inimicissimi sunt & infelicissimi sæpe facile conciliantur, communiaque studia conferunt in offendiculo hoc abigendo. Exempla sunt frequentia: novissime ejusmodi historia fuit audita. Rabinus quidam Judæis ipsis non abnuentibus perdoctus Christianis nobis se associat: pio zelo ductus ostendit Judæos blasphemias injurios esse in sanctissimum Servatorem nostrum: Judæi veteribus suis artibus notissimis utuntur: Ex-Judæum nescio cujus criminis insimulant: Illico is, qui rem in Consilio officii, quod prætendebat, ratione maxime excitatus urgebat, rem deprimat ac Judæis assentitur: Proselytorum libri passim edii possunt hac de re inprimis legi, in quibus queruntur de insidiis a Judæis sibi ubique locorum intentatis: Accedit quod plurimi ipsis Christianis sint despiciatui. Quis enim fidere solet e Judaismo conversis? Judæi hos persequuntur, Christiani non protegunt: ecquis, bone Deus, non videt permagnum esse istud Conversionis Impedimentum? Vbi propter facinora excommunicationem vel graviores pœnas metuunt, Christianos simulant: altero deinde fere mense relabuntur, redeuntque ad pristinum volutabrum, Dei omnisque veræ religionis immemores: Novi jam permulta exempla Judæorum, qui in Germania nostram amplexi sunt cultus rationem, paucis interjectis mensibus, Poloniam, vel aliam terram, quæ gentem istam alit, accedunt, ibique, postquam delicti gravissimas luerunt pœnas, Synagogæ novo fœdere se addicunt. Hæc hominum inconstantia & perfidia bonam quorundam serio conversorum causam in pessimum detrudere solet locum, adeo, ut fere omnem penitus decoxerint fidem: Non dissimulandum est, multos ad finem usque vitæ fuisse constantes, quorum coacervare nomina nihil attinet: Annotat R. David Ganz (in Zæmach David,) binis vicibus ducenta millia Jud. ad Christum conversa fuisse, ex quibus non pauci bonam mentem perseverarunt. Quis nescit Dn. Olearium catalogum Conversorum in primis doctorum texuisse, qui videndus. Quem, meam fidem, lateat Celeberrimi ac incomparabilis Viri Dn. Edzardi, S. Theol. Lic. studium in converten-

§. XVIII. Extra Rom. Imp. impune Judæi Christianos ad apostasiam sollicitant, quod impedit miseros, ac in erroribus confirmat magnopere.

§. XIX.

dis Judæis positum, quod eruditi orbis applausum dudum meruit: Eorum insignes quidam hodiernum κατ' ἐπίγνωσιν in Christianis doctrinis versantur. Vt nam quorundam animis insiderent, quæ Imperator Constantinus in Cod. Th. l. i. de Jud. olim pronunciari iussit: *Judæis & cœlicolis, & majoribus eorum & patriarchis volumus intimari; quod si quis post hanc legem aliquem, qui eorum feralem fagerit sectam, & ad Dei cultum respexit, saxis, aut alio furoris genere (quod nos fieri cognovimus) ausus fuerit attentare; mox flammis dandus est, & cum omnibus suis participibus concremandus. Ib. al. Libr. Eum qui ex Judæo Christianus factus est, inquietare Judæos non liceat, vel aliqua pulsare injuria; pro qualitate delicti, istiusmodi contumelia punienda.* Papa XIII. Benedictus inter leges adversus Judæos per omnes Hispaniæ provincias promulgatas ad annum 1415. hoc etiam dixit: *qui Christiana sacra susceperint, iis jus esto, in propinquorum bonis nihilominus succedendi. Qui autem non legitimis mediis, sed persuasionibus variis ac aurea fortuna pollicitationibus ad nos adducuntur, plerumque corde Judaismo, ore nostris ritibus sunt addicti, ac cultus nostri debonestamenta.*

Jacobus Guffetius vir clarissimus, & de quo omni cura ac cultu loquimur, hoc in campo non potest dimitti. Merito ejus labores suspicimus, quos prodromi loco olim exantlavit, preloque Dordrechtii 1688. 8. sub. tit. (עמר ראשית קצירי) h. e. Controv. adv. Jud. ternio) vulgavit: specimen est operis affecti, quo R. Isaac חזק אמונה confutatur, præmissa præfatione de disputationibus adv. Judæos & subjuncto monito de Philippi a Limborch cum Judæo collatione. Ait vir doctissimus, qui mihi immerenti quidem bene cupit, ad Judæorum conversionem, ad curationem seu ulceris seu cæcitatibus ipsorum ficuum massam, salivam, lutum se conferre. In impedimentis Conv. Jud. perversam methodum disputandi vulgatissimam fere ac ubique pro dolor regnantem non notat, imo, quod non possum præterire, adeo iniquus est in Judæorum scripta, a Judæis quidem exarata, veræ tamen religionis speciminibus plenissima, ut impedire docti Judæi conversionem hac methodo non frustra videatur. Nunquam enim Judæus agnosceret veritatem, nisi impedimenta ac objectiones ex ipsa Judaica hypothesi depromtæ solvantur una alteraque manu accurata mediocum detur explanatio: Impedire dicit vir clarissimus rectissime Jud. conversionem (communata in Eos, alterum autem impedimentum quod Lemm. VI. in Præf. citat. allegationibusque Rabbini adscribit, oppido spurium est. Ait vir doctissimus: *Qui Christianæ religionis sanctitatem ac jura contra Judæos defenderunt, postremis hisce seculis (nam primis diversa methodus viguit) sese studuerunt munitos esse argumentis ex ipsorum operibus desumptis, ut Judæo cuilibet disceptanti os occluderent autoritate Rabbiorum, quibus obloqui ille, nefas duceret. Nec id tantum ubi de facto aliquo testes contra semetipsos citari possunt: sed etiam ubi de Antiquitate remotiori deque ipso Scripturæ sensu quaritur. Eo nimirum consilio, ut, qui Scripturis per se meditandis insueti, earumque sensum solis Rabbiorum oculis intueri, sola eorum mente intelligere soliti sint, ii faventia*

§. XIX. Impedimentum permagnū est, quod conversi
 misere fere habeantur, nullibi solamen & refugium inveniant
 Magna

nobis testimonia ab illis ipsis edita audientes acquiescere cogentur. At hanc
 συζητησάν prima quamvis fronte probabilem, horum aliquot seculorum experi-
 rimentis adducor, ut minus probem. Ideoque ipse a Rabbini ad fidem faciendam
 allegandis, omnino, imo ab eorum sententiis quocumque modo expromendis fere ubique
 abstinui, nisi ubi earum refutatio omīssa veritatem in incerto relinquere visa est.
 Penuria forte id magis, quam iudicio imputandum suspicere. Sed qui pote? Lo-
 corum enim Rabbīnorum egenus nemo nunc esse potest, cum tanta eorum seges [ut
 si qua a me ipso observata sunt, taceam] apud Raymundum pugionis autorem, apud
 Voisinium ejus illustratorem, propria etiam opera contextentem, apud Munsterum,
 Morneum, Buxtorfium, & quos non? undique proset. Illis circumfusi quidni
 potuerimus nonnulla seligere, quæ pro diligentia nostra fructibus venditaremus?
 fecere & alii item boni. Nec deforet color, quo novum quid præstare videremur.
 Per longum querelarum super hac re it ordinem Gussctius ibid. quas nolo omnes
 exscribere. Pergit Lemm. VII. Enim vero fac reperisse te Judæum, cui persua-
 deas, Rabbīnos aliquos testimonium pro religione Christiana perhibuisse, quid inde
 habebis? Argumentum, quod vocant ad hominem. At id non est tanta opera,
 tantique temporis impensū pretium. Id enim non est, quo Christianus fiat. Post mul-
 ta Lemm. IX: Vet. Test. Codex inter nos ac Judæos Judææ opportune sedebit, ejus
 enim auctoritatem cum nos tum illi perinde reveremur, totaque conscientiarum no-
 strarum demissione dignum esse credimus. Ut igitur de eo inter nos con-
 venit, sic ex illo commode incipient lites nostra componi. Paulo post: In hac pa-
 laestra utinam unice desudassent tot egregia ingenia, quæ vel e Rabbīnorum fimeto
 multa pulcra conficere potuerunt. Quam abunde Judæis ad omnia contra Evange-
 lium objecta dudum satisfecissent? Quæ sunt profecto perspicacitate, solertia, dexte-
 ritate, ab omnibus Argumentis e veteri Testamento in Novo petitis, non modo omnes
 difficultates removissent, sed etiam illa nitide splendentia miroque se jubare oculis
 animi ingerentia dedissent; ac ostendissent, Apostolos, quantum divina auctoritate,
 ubi jubere placet, polleat, tantum recta ratione cum argumentari malunt, vigere.
 In le major Evangelio veneratio, quam ex Rabbīnorum suffragiis conciliata fuisset.
 In le Judæorum conversio longe certius & ocyus speranda foret. Lemm. XIII. ait:
 Afero ergo remedium, quod si non profit, prodesse certe debet; cujusque vereor,
 ut efficaciam hucusque præpediverint, qui deliciis Rabbīnicis dilutum propina-
 runt. Mero utique illi ac sincero libentius comitem se Spiritus Sanctus de-
 derit, ut in Judæorum corda salutiferam JESU CHRISTI fidem invehat.
 Quod iis animus adprecamur. Fere sub finem ait: Latinam Wagenfeilii (quem
 Lemm. V. summis meritisque laudibus evchit, quas cultus, quo Incomparabilem
 Virum prosequor, omnino poseit, ut hic repetam. Ita vero ait Clar. Gussctius: —
 Exhibitum mihi fuit spissum illud volumen variis Judaicis disputationibus turgi-
 dum, in quo ignita Satanæ tela Judæorum manibus adversus Christum vibrata
 proflare voluit Clarissimus Wagenfeilius Jurisprudentiæ Lingvarumque Orienta-
 lium Altdorffii Professor. Ac ibi quidem ille carmen Lipmannianum solum con-
 futandum in se recepit, cætera Theologorum diligentia ac zelo commendavit

Magna quidem profelytorum est inconstantia ac malitia, multi tamen agnitam veritatem constanti ac serua religione ad mortem usque servarunt.

§. XX.

proterenda. Qui tamen penso illo ita defunctus est, ut omnes Theologi & eum Theologum salutaturi, & reliqua ei, ut quam optime absolvantur, lubentes meritoque commissuri sint. Quid enim illi ad hoc deest? quid non affatim suppetit? cuiam ille cedit scientiæ Theologicæ opibus, rationum copia, ratiocinii perspicuitate & robore? Quam pauci pares inveniuntur rerum ac ingenii Judaici notitia ex plurimorum & reconditissimorum librorum latebris deprompta? accidit illa juris humani & literarum amœniorum penus instructissima, unde prodeunt multifaria adjumenta, quibus in res Theologicas & lumen & gravitas & gratia inferatur. Ille tamen aliorum scilicet, seposito se, Theologorum fidem implorat. Verum enimvero utcunque polleat facultate præstandi quod postulat ab aliis æquum tamen postulat) versionem quod nihil allaborans tibi apponam excusatione non eger, cum & fida sit, & elegans. Nisi forte adversarium proprio idiomate loquentem audire optes: sed verba ejus exscribere nos Ebraicorum typorum paucitas non finit. Clar. Gussenius, vir acutus & perdoctus, incidit in his, quas fusc recensuimus, (libellus enim rarus est) assertionibus, in varia, quæ utique dolemus, παραέρματα, hypothesi serviens. Concedimus, neque status controversia est, an Judæi non ex Scriptura sint confutandi, ecquis alium controversiarum super sacris commatibus ortarum judicem constituet, nisi malæ causa malus defensor? quis unquam in dubium vocare potuit idoneis argumentorum rationibus Scripturam primum in convincendis Judæis obtinere locum, hæc enim est utilis ad redargutionem, est semita, est lumen: Verum hic errat Clar. Gussenius, dum vidit in magna Ebraizantium multitudine nonnullos corrådere ex omni eruditionis Judaicæ campo immensos cumulos citationum, ac sine omni delectu hoc abjectum nec erudito nomine dignum hominum genus plaustro absurde citatorum convasare, totum allegationum Rabinicarum studium repente improbat, adeoque id Judæos impedire in conversionis negotio contendit operose: Hæc est assertio nullis unquam aptis demonstrationibus a falsitatis nota vindicanda: Dicit doctissimus vir, neminem nunc posse esse egenum locorum Rabinicorum: fateor posse tales compilatores facile ingentem nubem testimoniorum conferruminare, verum enimvero ubi rerum solide gnarus ejusmodi citata examinat, primo intuitu hominum imperitiam deprehendit: Non soleo gloriari, sed id confidenter edico iterum iterumque, primo statim tentamine sæpenumero fraudes istas detexi. Dolendum enim est vehementer, divinissimam literaturam a talibus fucis contaminari, dum videmus sæpe, ineptissimos quosvis sermonibus suis Ebraica admiscere, quorum nihil quidquam intelligunt: Concedo etiam Dn. Gussenio, posse a peritissimis Judaicarum rerum scrutatoribus gravibus de causis interdum ipsa Ebraica verba omitti, sed hoc in capite liberare se non potest doctus vir a lapsus nota, dum Allegationes Rabinicas, vel hanc cum Judæis conferendi methodum, crebris ipsissimorum sacrorum, Jud. Antistitum testimoniis firmatam, impedire contendit conversionem. Est omnino vetus Testamentum campus ille, in quo Judæus convertendus est exercendus, ac ex omnibus angulis, ex omnibus lineis oppugnandus (Christus enim verus in omnibus veteris

§. XX. Præpostera illi utuntur methodo, qui non ex Targumicis Talmudicis & Rabbinicis cum Judæis disputant, sed ex concessis, quæ ad Christianos potius pertinent: Ejusmodi disputatores impediunt magis, quam promovent conversionem Judæorum. Non possum igitur eo nomine accedere Cl. viro Jac. Guffetio, nunc Prof. Groning. quamvis alias ejus in Hebr. literaturam merita colam sumopere, nimis iniquo in argumenta contra Judæos ex ipso Judæorum penu deprompta, quorum tamen neglectus inter maxima supra fuit recensitus impedimenta.

D

§. XXI.

fœderis apicibus potest demonstrari, ut mirum sit, quosdam inter nostros Doctores in evidentissimis oraculis cum perspicere non posse, (ast provocho ad experientiam, quomodo expones illa in lite posita, subsidiis Anti-Judaicis ex intelligentia ingenii & linguæ Ebræorum fluentibus non instructus? Possẽm jurato affirmare ex dictis ejus, Clar. Guffetio nunquam rem cum Judæo erudito fuisse. Non confirmant Christiani, Rabbinorum testimoniis ubi utuntur, Judæos in veneratione Rabbinica: Est falsissima opinio, quæ tamen altas egit in multorum animis iradices, Judæorum scripta pertinere ad Judæos: Christianis profunt, in horum emolumentum sunt convertenda. Ceterum quantum erret Clar. Guffetius, dum Judæos ad N. T. ablegat, inquit, si Evangelicis demonstrationibus usi multi fuissent, major Evangelio veneratio, quam ex Rabbinorum suffragiis, conciliata fuisset: Addit: Inde Judæorum conversio longe certius & ocyus speranda foret. Quasi impediret Judæorum conversionem studium in Rabbinis excutiendis, explanandis & solide intelligendis collocatum. Econtra summum, ut supra non sine animi mœrore fuit subindicatum, impedimentum est supina veræ Ebraizationis ignorantia, in quod argumentum ut hic me non diffundam, facit disquisitio alio loco & tempore hac super Re instituta. Miror Clar. Guffetium, Cartesianæ quem novi addictum satis parti, in has posse dilabi sententias. Repeto dicta: Frustra cum Judæis sine Judæorum rituum accurata cognitione agitur.

Quid impedit Judæos magis, quam nimia licentia, qua utuntur fruuntur? cujus fiducia insolefcunt ac usuræ acerbitate fere enecant Christianos: Non miror viros doctissimos inter Impedimenta Conversionis Judaicæ annotare usuræ concessionem. Megalander Lutherus peculiarem libellum de usuris Judæorum consignavit, in quo lectissimis argumentis hanc pestẽ rei publicæ procul esse jubet, quem multa gravissimorum nostrorum Theologorum consilia sequuntur. Vide Joh. Müllerii Judaismi, p. II. c. 6. Paul. Fag. Annot. in Ch. Paraphr. Anton. Margar. de fide Jud. Tr. Georgii Theodorici, Hassiæ Consiliarii: Constitutiones publicæ Eis usuram permittunt, Leo Mutin. in Histor. de Ritibus Ebraicis p. II. c. 5. ait: (I. at.) Cum miseris hodie non supperat, unde aliorum instar fratrum, qui jure naturæ iis conjuncti sunt, victum quærere queant, licite & absque ulla mora fieri id posse prætendunt. Et vero de septem illis populis tantum Rabbinus noster, quæ torqueri quid posse permittunt, locuti sunt, cum rem toties in sacris paginis positam viderint; nec vero de iis gentibus, a quibus amice hodie excipiuntur, cumque *ὀκνησέως* apud eas habent, & a Principibus æque ac plebe, imprimis a Christianis benevole ac humaniter tractantur, cum non solum Legi scriptæ, sed &

§. XXI. Impedimentum gravissimum est, si Judæi vident Christianos non salutem animarumq; curam, sed opes quærere.

§. XXII. Hæreditatibus & bonis Judæi conversi male spoliantur, idque multos a vera fide deterret.

§. XXIII.

naturali e diametro id repugnaret. In publicis Imperii Constitutionibus interdictum est Judæis usurarum commercium: Nihilominus hoc hominum genus vitam potius, quam usuras mitteret poneretque. Quandoquidem (est Lat. Transl. Ref. Pol. Aug. 1530) in aliquibus locis Imperii Germanici Judæi fœneratores non solum syngraphis, fidejussoribus & pignoribus, sed etiam rapto ac furto ablati bonis acceptis, pecuniam in utroque dant, atque his usuris, simplicem, miserum, egenum & imprudentem populum magis, quam ut id æstimari queat, onerant, & crudeliter extremeque perdunt: ideo sancimus, ordinamus, atque præcipimus, ne Judæi fœneratores a quoquam in Sacro Imperio in ædes recipiantur, alantur, aut admittantur, & ne in ullis judiciis horum debitorum causa, quoquo colore usura tegatur, juvenetur. Vt vero nihilominus vitæ sustentationem habeant, ideo qui Judæis secum morandi potestatem concedere vult, is ea ratione eos tolerare debet, ut usuris & usurariis emtionibus abstineant, atque honestis negotiis & manuum labore se sustentent, prout Magistratus subditis suis rei publicæ maxime utile ac profuturum censebit judicabitque. Vid. Anton. Margaritam Conv. Jud. libr. Germ. de fide Judæorum. Viêt. de Carbel. 4. c. 44. contra Jud. Adr. Boretus maxime, qui toto studio in conversionem Jud. procurandam incumberebat, quemque passim Hornbeeckius in scriptis suis, tanquam virum Heb. genii accurate peritum comendat, usuras inter magna miseræ gentis impedimenta referebat. Oppido spiritu, quo sua solebat fundere, heroico noster Lutherus ait 8. Tom. Jen. Robustis Judæis tribula, secures, rastri, palæ, coli, fusi tradantur in manus, atque panem jubeantur mereri in sudore nasi, quod Adami filiis irrogatum est Genes. 3. Nec enim æquum fuerit, ut nos maledictos Gogim sinant in sudore vultus nostri laborare, sed ut sancti illi homines id pone fornacem otiosi comestationibus & ingluvie consumant, & blasphemie jactitent, se Christianorum esse Dominos, ex nostro sudore, sed ignavum nebulonisque os e dorso extundi oportet. (Ita verba Luth. Lat. reddit Dn. D. Wagenf. pag. 537. 538. T. I. S.) Omnino dolendum est indulgere summam Rei Tenentes tantam nequitiam Judæis: Id ipsum eos graviter in luce videnda impedit: Dicunt, ac sæpe ex iis intellexi, quodnam hoc sit exilium, se otiosos inhiare divitiis ac multa florenorum millia paucis annis istis artificiis corradere posse, Christianos autem durissimis fungi laboribus, paupertate semper depressos: Singularem benedictionem divinam se levare in medio inimicorum: Quamvis enim propter peccata degant extra terram Israël, ita tamen DEUM res omnes moderari, ut nolentes populi terrarum sibi faveant, honoribus, divitiis omnisque felicitatis largissimis documentis se affluere ac abundare.

Principes sæpe in ædibus Judæorum splendide magnisque excipiuntur sumptibus, cum tamen antiquissima lege convivia cum Judæis celebrare permultas gravesq; Job causas per quam sit suspectum ac perniciosum etiam. Agobardus in opere, quod de superstitionibus ac de insolentia Judæorum pro temporis ratione satis acure agit, ex instituto hoc caput aggressus, operose demonstravit, quantum conversioni Jud. noceat hæc nimia familiaritas. Edw. Sandys in Tr. de statu relig

§. XXIII. Judæos immani odio ad Christianos acceden-
tes | prosequuntur.

§. XXIV. Inter impedimenta conversionis usura, quæ Judæis
conceditur, est consideranda. D 2 §. XXV.

multus etiam in hoc asserto est : Nec non singuli de rebus Jud. qui accurate sunt commentati. Canones veteres huc respiciunt, distincteque negant, posse illæsa conscientia convivii Christianorum interesse Judæos & vice versa. Conc. Matisc. I. A. Ut nullus Christianus Judæorum Conviviis participare præsumat. Quod si facere quicumque (quod nefas est dici) clericus aut secularis præsumserit, ab omnium Christianorum consortio se noverit compescendum, quisquis eorum impietatibus fuerit inquinatus. Huc tendit D. Chrysostronus in Orat. passim. Quomodo particeps es festi? quomodo cum illis jejunas? Neque enim exiguum interval- lum est inter nos & Judæos, neque de rebus levibus aut vulgaribus inter nos est controversia, ne tu unum & idem esse credas nostrum & illorum instituta, ac non miscenda misceas. Illi crucifixerunt Christum, tu Crucifixum adoras. Vides, quantum interest? Qui sit igitur, ut ad illos, qui Christum occiderunt, curras, profitens te adorare Christum Crucifixum? Ad horum Synagogas accurris? nec metuis, ne fulminis impetus cœlitus emicans exurat caput tuum? Tu vero ubi Pater afficitur contumelia, ubi Filius laceffitur convitiis, ubi Spiritus Sanctus contemni- tur, eo studes accurrere? age dic mihi, non metuis, non horrescis? Hæc omnia valent de Christiano Judæis ita se immiscente, ut defectionis metus adsit: Tum temporis in delicatis Christianismi initiis ex omni parte a Judaismo, unde prodibat olim, erat abducendus. Quando Judæorum convivii interesse liceat, ac quæ in con- versatione cum Judæis interdum necessaria sint observanda, ille omnium optime novit, qui multum temporis in exquisito hoc canone trivit, vid. Consilii Witteb. Frid. Balduin. Cas. Consc. Dannh. G. Kœnig. J. A. Osland. A. Mengerling. Bidembach. Carpz. Brochmand. Misler. Portam, Dunte, Kesler. Dedeken. Azor. Dieter. Prückn. Eckard. J. G. Dorfsch. Eichsfeld. S. Schelgwig. fusc ad hoc dubium respondentes, quos nolo huc vocare.

Nonne divina transgredimur præcepta, si corpora nostra concedimus homi- nibus, quos nobis infensissimos novimus? Impediuntur hoc etiam capite secun- dum quosdam acriter disputantes Judæi a Christianis, dum sæpe peritissimis Viris hos Empiricos præferunt: Clamant adesse plaustra exemplorum, ubi Principes Medicorum Judæorum perfidia veneno sublatis sunt e medio. In qua re, sicut in proxime antecedenti lemmate simpliciter classi Medicos Judaicos reprehendenti, me adjungere non possum: Pertinet quidem ad nimiam licentiam, adeoque ad ipsissima impedimenta, si gradus Doctorales, quod non raro usu venire solet, Ju- dæis impertimur, & si iis facultatem publice docendi nos Christiani concedimus, propterea tamen Medicis Judaicis omnino uti licet: nam inter Christianos eadem facinora non raro occurrunt, estne ideo omnis Medicorum fides in dubium trahen- da? Vnius aut alterius delictum toti Medicorum cohorti adscribi non debet. Est aliquid quod in Pandectis legitur, optimam gentium mereri mortem, hoc est ma- gnâ mereri gratiam Judæum apud suos, ubi principes etiam viros interfecerit. Hæc lex ita crude in textu considerata potuisset omnibus Judæis ultima afferre: quis his Medicis velle fidere? Judicia Theologorum Witteb. Rost. ac aliorum in hanc rem facientium vid. maxime Mülleri Judaism. c. 5. p. 2. Horing. Clav. Scr. a. 4. l. 1.

§. XXV. Si convivii Judæorum interfunt Christiani, multum sibi inferunt damni.

§. XXVI. Typographiam autem nimia licentia Judæi exercent.

§. XXVII.

§. II. c. I. Impedimus nos Christiani Judæos innumerabilibus fere modis, maxime si vel in eorum tolerantia ac admissione ex utroque latere peccamus, aut vexantur miseri dirissimo modo, ac ludibrii quibusvis afficiuntur generibus, mox ea potiuntur gratia, ut honoratissimi inter nos meliori gratiorique aura non possent excipi: Medio hic etiam tutissimus ibis, ne præceptum Salvatoris nimia Judæorum tolerantia aut nimo odio transgrediaris. Hoc impedit Judæos magnopere, quod rudes prorsus sint in Christianorum literis eorumque scripta angue & cane pejus fugiant. Est mors in olla: Vbi ea legere ac perpendere inciperent, utique magna conversionis spes affulgeret. Prostant exempla. Judæi solius Novi Testamenti assidua lectione sunt conversi. Effet igitur operæ pretium in Scholis Christianis, si eorum infantes frequenter erudirentur, semina certe pietatis Deo adspirante largum aliquando essent datura fructum. Huic autem viæ pro viribus se opponunt, nam dedit paucos ante annos Praga luculentum ejus rei exemplum, ubi puer, ex consuetudine cum Christianorum filiis, Christianis associari cupiebat, ideo ab ipso parente trucidatus. Olim, regnante fere per universum orbem terrarum Græcorum lingua, hujusque eruditionis amplitudine, cavere solebant solennibus formulis, quæ hodiernum magno numero in Codicibus Talmudicis extant, & a Christianis doctoribus in lucem protractæ sunt, ne quis eam ante annum ætatis vigesimum quintum addisceret. Quidam severa pœna interdixerunt, ne prorsus animus ad ejusmodi scita pernosceda adjiciatur: Sub sapientia Græcorum nunc universam non-Judæorum eruditionem complectuntur, eamque fere omnes adversantur, ac dehortantur suos ab ejusmodi studiis. Inprimis in Germania ignarissimi sunt nostrorum scitorum, adeoque difficilius in partes trahendi, nihilominus hinc inde dantur, qui egregia intelligendis scriptis nostris Theologicis aliis vernaculo Latinoque sermone conscriptis fecerunt incrementa. Præest Synagogæ Francofurtensi ad Mœnū Vir modestus ac pereruditus R. Samuel vulgo Rabbini der Clausen cœtus literarii qui ibidem colligitur, vocatur, hunc sæpe accessi & cum eo contuli de variis capitibus doctrinæ Christianæ, aliquando scriptis Germ. Dn. D. Speneri cura singulari invigilantem in Museo deprehendi, ubi illico mihi quæ in vastis voluminibus legerat reddebat promptissime & fere totum diem dicendo de Theologorum nostrorum controversiis exprimebat. In Belgio doctissimi Judæi Latinæ Græcæque Literaturæ reperiuntur, nec non alibi. Ii maxime, quos Lusitania ortos putamus, fulgent eruditione non vulgari. In Germania qui sunt habenturque docti aut nati Poloni, aut in Poloniae Academiis Judaicis sunt enutriti adeoque magis pertinaces.

Judæi tandem considerandi nobis veniunt tanquam conversionem optantes: optant & credunt conversionem vel rectius per insignem status sui mutationem brevi fore ad unum omnes augurantur, verum credunt non istam conversionem fore ad nostrum Messiam, sed carnale regnum in hoc mundo expectant. Hæc conversio istis est reversio in terram Canaan. Ipse Menasses ben Israël, qui eruditissimus Judæus fuit, lib. de Resurr. l. III. c. III. inquit: Profecto verissimum est, si Israëlita serio factorum suorum pœnitentiam egissent, Messiaæ adventus non fuisset procrastinatus, at nunc quia profunde immersi, jacent, hærentque defixi in vitiis & peccatis


§. XXVII. Medicis Judæis uti est periculosum, & potest inter impedimenta Conversionis Judaicæ referri.

§. XXIX. Gratia Principum insolescunt Judæi, ac in via salutis impediuntur.

fuis, hinc est, quod differatur beatitudo illa usque ad finem dierum, nam tum juxta Oseam c. III. 18. postea revertentur filii Israël & quærent Dominum Deum suum, & David Regem suum &c. Deus pro incomprehensibili suorum judiciorum abyssis singulare quid constituit cum hac gente. Utinam preces piorum advehere possent illam periodum, quæ divina misericordia eorum forte destinata est conversioni!

Hæc gratia inflat animos Judæorum, dum se honoribus & Magistratu etiam ornari vident: Leges quidem publicæ omni Magistratu eos excludunt, in quibusdam tamen locis summam sæpe rei moderantur magno vere Christianorum damno. Nonnulli Reges Principesque Oratorum amplissimum munus ad cæteras Aulas Judæis committunt. Sed enimvero his quamvis gravissimis & lacrymarum imbribus non satis deplorandis nedum tollendis conversionis impedimentis divina benignitas medebitur forsitan במהרה ac dum homines omnia conclamata ac ultimis proxima uno ore arbitrantur, omnipotentissimus Deus suspiria piorum majori beatissimè fructu, quam omnia sapientiæ humanæ consilia. Non accedo pio metui Sebaldi Schnellii Disp. contra Abarban. ad Es. 34. p. 141. ita differentis: Fortasse Deus a gentibus irritatus modo quodam novo atque extraordinario usus est in convertendis ad se Judæis, sicut a Judæis irritatus modo simili gentes ad suum obsequium pertraxit. Qui de adoptione nostra in populum Dei accipiendum v. 21. c. 32. Deut. edocti sumus, e Rom. 10, 19. cur non vicissim expavescimus quæ dicuntur v. 35, 36. 41. 43. al. l. Absit, ut imitati Judæos promissiones cupide amplectamur, & quam latissime explicemus, comminationes vero restringamus ad quosvis alios potius, quam ad nos, quos, si vera fateri volumus, non parum feriunt. O utinam igitur (verba sunt Dn. D. Wagenseilii Disfert. Ep. ad magnum Th. D. Fechtium p. 114. 115.) DEUS nobis æquam mentem indat, mentem, quæ Josephi cladis miserescat, quæ hoc cogitet, esse Judæos progeniem sanctorum hominum, cum quibus æternum Numen agere solebat, esse posteros illorum, quibus per tot miracula ex Ægypto domo servitutis eductis viam per mare algosum aperuit; quos per quadraginta annos cælesti cibo pavit, & inter quos mundi sapientibus ignoratum Reipublicæ genus, Theocratiam postea instituit. Esse gentem e qua Mundi Servator ejusque Virgo Mater benedicta mulierum spiritum & sanguinem traxere, & quæ primos dedit Christianismi Doctores. O utinam divina gratia impellat nos ad perpendendum, esse Judæos arborem, cui sumus inoculati, esse custodes & capsarios oraculorum, quæ nos non minus illis veneramus. Sic fundemus, utique non intra sola labra, sed cordis medullas, conceptas calidas & quotidianas preces, rata tandem sit intercessio, qua ipse Servator in Cruce pendens pro miseris hominibus est defunctus; quo sic quamprimum veniat illa dies, qua, ablato velamento, quod vultui eorum impendit, clare nobiscum videant complementum Legis: qua, quod in vaticiniis est, nostrum, qui alienigenæ sumus, quilibet

Hebræi viri penulam apprehendet, rogando, ut concordi pietate colamus unicum illum DEUM, DEUM Abrahami, Isaac & Jacobi benedictum in secula.



I.

Fascinat Abramiden, si gens recutita mali-
gnum

Taxet Christiaden: Verpus is ergo manet.

MEELFUHRERE sagax, Orientis gloria docti,

Id tua, quod grator, rara Camœna notat.

Sic tua, vota Deo plures convertat Apellas

Laurus, in antiqui nominis aucta decus.

*Qua προσφωνήσεται auspicali Celeberrimo Domino
MEELFUHRERO, Specimina, quæ voca-
mus, Doctoralia penes nos rite edenti, con-
gratulabatur*

CHRISTOPHORUS Sonntag D.

II.

Iudeos varia impediunt a limine Christi;

Colligis hæc doctis, Fautor amande, schedis:

Non mirum, gentem pressam velamine quæ nunc,

Impediunt, hederis subsidia esse tuis.

D. Christophorus Wegleiterus.

III.

Omen MEELFUHRERVS habet cum Nomine junctum:
Ebræis etenim KIMCHIUS (*) audit & est.

Quid mirum, si dat summos meriturus honores,

Hoc specimen KIMCHI Nomen & omen habens?

(*) קמחי a קמח Germanis Meelfubrevus est.

Honoris & gratulationis ergo, cum voto fatorum
supra Vota propitiorum fugiente crena p.

Joh. Mich. Langius D. P. P.

Coll. diss. A. 75, misc. 35